

Alte Drucke

Postillae siue Conciones In Epistolas Et Euangelia quæ ab adventu vsque ad Pascha in Ecclesia legi consueuerunt ...

POSTILLAE || siue Conciones || IN EPISTOLAS ET || Euangelia quæ ab Aduentu vsque ad || Pascha in Ecclesia legi consueue-||runt, authore R. patre D. || Ioanne Fero Conciona-||tore absolutissimo, ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

Dominica IIII. ADVENTVS, EVANGELIVM Ioannis I.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150400

Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. In istis verbis vera quidem effigies christiani prædicatoris deliniata est, verum quomodo ea expressa sit, iam pridem innotuit, nunc fructus apparent. Tam diu oleum suffudimus prædicando, scribendo, fingendo & pingendo, donec flamma erupit, quã nemo facile reprimet. O rem indignam & miserabilem, tot miseros ex hoc pessum ire. Sed qui fieri potest, vt melior sit rerum status: vbi nō deum, sed quod suum est quisque querit, haud aliud euenire potest. Consideremus & cognoscamus nequē corrigamus, quod à nostra parte peccatum est, gratiam rogemus summo studio & ex animo. Deus adhuc potest lapsa reparare, præterea scriptura nobis significat deum nostro damno aut interitu nō delectari. Si filij eius (loquitur de Christo) peccauerint, visitabo in virga iniquitates eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Ex his audis Deum etiam in ira & pœne inflictione, misericordie suæ non obliuisci. Et alio in loco dicit: Si penitentiam egerit gens illa, &c. agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi vt facerem ei. Hic audis Deum libenter velle acquiescere & gladium reponere, si nos à peccatis desistamus, Deus Opt. max. tale nobis cor indat, quod talia meditetur & sequatur, Amen.

Ex ec. 18
Psal. 88.

Abac. 3.

Dominica IIII.

ADVENTVS, EVANGELIVM

Ioannis 1.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negavit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo, Helias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es? vt responsum detmus his, qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? At: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini: sicut dixit Esaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Phariseis, Et interrogaverunt eum & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu

1 2 non

POSTILLA F. IOAN. FERI

non es Christus, neque Helias, neque Prophetas? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus, ut soluiam corrigiam calceamenti eius. Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

EADEM DOMINICA

QUARTA ADVENTVS, EPIST.

ad Philip. 1111.

Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestre immolescant apud Deum: & pax dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, in Christo Iesu domino nostro.

SERMO PRIMVS

Docet, quæ fuerit Ioannis prædicatio.



Actenus accepimus, quis **CHRISTVS** sit, quid in hac vita ex illo ad nos redeat, & quid in futurum ab illo nobis sit expectandum, quomodo & à quibus hominibus prædicari velit. Postulat iam christianæ doctrinæ ordo, ut intelligamus, quomodo à nobis excipi & tractari cupiat. Abs re alioquin esset Christum cognoscere & prædicare, ni esset quoque, qui eum acciperet ac retineret. Et hoc solum Iudæis defuit, quod gratiam Christi neglexere, nec illius fructum vllum percepere vel etiam percepturi sunt. **CHRISTVS** in propria sua venit, hoc est, ad Iudaicum populum, quem sibi peculiariter delegerat ac suscepit, cuique soli promissio ab illo facta erat, præterea Ioannes ostenderat illis manifestissimè, eum solū, non alium verum esse Messiam aut esse posse: atramen neque Christus cum sua gratia, neque Ioannes cum sua prædicatione illis profuit quicquam, postquam Christum respuerunt. Verum hi tres ubi mutuam sibi operam tradunt & conveniunt, ita ut Christus præsens sit, & Ioannes, id est, prædicatores insistent, & populus Ioannem audiat, Christum suscipiat, eum sequatur.

Ioan. 1.

Exo. 19.

Rom. 9.

Ioan. 1.

3

sequatur eiꝑ; indissolubiliter adherereat, ibi feliciter omnia cedūt, ibi verē regnum Christi est, ibi CHRISTVS in sua maiestate sedet, omnia sui verbi sceptro gubernat, ibi porrigit manus in eos, qui ipsum sequuntur, ac dicit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumq; enim fecerit voluntatē patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Item: Vos estis, qui permāstis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, &c. Quapropter si nostra quoque opera accedat, iam impetrauit & meritis est. Apostoli & Euangelici doctores distribuunt eam ac dispensant docendo & prædicando. Restat iam nunc vt eiusmodi gratiam accipiamus & conseruemus.

Mat. 12.

Luc. 22.

Ad hanc rem pertinet quartā hæc dominica cum suo euangelio & epistola, omnibus modis nos docens, vt oculos & aures aperiāmus, manus & cor porrigāmus ad talem gratiam, quæ nobis offertur, ne in nos quoq; illud verē possit competere. In propria venit, & sui eum nō receperunt. Rursus: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, Et quod præcedit, Lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Et alio in loco: Lux venit in mundum, & dilexerūt homines magis tenebras, quā lucem, &c. Hoc, inquam, hodierna dominica docemur, ob id primo proponitur nobis, quid Ioannes iis prædicarit, qui Christum nondum agnouerant & susceperant, deinde quid scripserit Paulus iis, qui in Christum credebant, & iam dudum susceperant. Quæ duo scitu necessaria admodum sunt, posteaquam certum est, non solum diligenti præparatione opus esse ad accipiendam gratiam: verum etiam magna cura & circumspectione ad tuendum & conseruādum eam, Illa autem duo nos docet hodierna dominica. Nam Ioannes veram præparationem nobis indicat Christum cum dei gratia recipiendi. Paulus vera media demonstrat, per quæ Christus & ipsius gratia conseruetur.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Et quidem Ioānes negotiū suum grauib; verbis transigebat, & iustam habebat causam cum quadam seueritate dicendi. Etenim CHRISTVS verus Messias iam tum aderat, in medio hominum stabat, trigintatres annos in terris egerat, nec vlli mortalium adhuc notus erat, nemo sciebat illum tam prope esse. Quid multis? Mundus adhuc multo somno grauabatur: vnusquisq; in suā viam declinabat pro

Esa. 7.

I. 3. animi

POSTILLA F. IOAN. FERI

animi sui libidine, alius prauitate morum & vitæ turpitudine corruptus, alius hypocritica propriæ iustitiæ fiducia delusus. Et quanquā Iohānes iam diu clamasset, ambigebant tamen infelices filii Adam, vtrū illi fides esset habenda nec ne, nuntios deum mitebant, qui interrogarēt, quis esset, ob quam causam talia faceret. Quare Iohannes seueritatem præ se ferre incēpit. Quid hac intempestiua interrogatio: ne opus est (vult dicere) Quorsum attinet vos disputare multū, quis ego sum? Non est q̄ personā meam respiciatis, sed verba mea attendite. Non sum ego is, qui vobis auxilium & salutem adferat, sed tantum monstro vobis, verum seruatorem. Ego solummodo vox sum, & non ipsum verbum. Vox nihili est, sed verbo inest virtus & operatio. Vox repente euāescit, sed verbum in æternum manet. Clamare possum, sed is cōferre potest, atq; ea de causa venit, vt cōferat & suppleat id, quod in nobis desideratur. Verū enim uero video vos (dicturus est Iohannes amplius) penitus adhuc incompositos & imparatos esse. Quocunq; me verto, nihil aliud video, q̄ horribilem vastitatem. Locus, in quo ego versor, degener est, desertus, vastus, imperuius, inamatus. Homines lōge sunt asperiores & intractabiliores. Nihil enim in filiis huius seculi animaduerto aliud, q̄ aut magnam incredulitatem aut barbaricum rerū diuinarum contemptum, aut hypocriticā propriorum operum fiduciam, aut postremo impudicū vitæ genus. Sed hæc eadem Christus remoratur & ei accessum ad nos ocludit. Quapropter in hac maxima, aridissima, sterilissima vastitate mundi & hominū impietate clamo, nec aliud conor, q̄ vt via domino plana fiat & præparetur. Iam enim est in via, iter huius præsentis vitæ ingressus est ad immensum opus prope: rat & se accingit. Vt gigas exultat ad currendam nostrā salutis ac redemptionis viam, à summo cœlo egressio eius. Quamobrem facite vt nitentur via, amouete quicquid impedimento illi esse potest, opus illius ne remoremini, non opponite vos spiritui sancto. Abicite omnem incredulitatem à vobis, omnemq; cordium vestrorū duritiem ac impietatem & ante omnia hypocriticā propriorum operū fiduciam. Agnoscite vos tanquam peccatis obnoxias, miseras, condemnatas creaturas, illum verò tanquam vestrum vnicum & verum dominum ac seruatorem.

Psalm. 16.

Hæc fuit prædicatio Iohannis, quam non ita nos accipere oportet, tanquam solis Iudæis facta sit, sed pro certo habere

habere debemus, eam quoque ad nos pertinere. Et quoties ad audiendum verbum Dei, ad orationes, aut ad sacramenta accedimus, Ioannes ad nos dicere & clamare existimandus est. O homo, si petis gratiam, omnem incredulitatem, obtu rationem ac praesumptionem deponito, contra verò humiliare sub potenti manu Dei. Deus enim fidem postulat, ut Paulus ait. Credere oportet accedentem ad Deum, nec fieri potest, ut quis citra fidē Deo placeat. Et ipse Christus: Qui non credit, iam iudicatus est, haud dubiè condemnatur & in peccatis moritur. Ad hoc humilitatem quoque Deus requirit. Ad quem (inquit) respiciam, nisi ad pauperculū & contritum spiritu, & trementē sermones meos? Postremo exigit Deus cor contritum, quod non vult despiciere & consolatione destituere. Deum immortalem, quātum boni in nobis CHRISTVS prestare possit, per verbum ac spiritum suum, si hanc Ioannis praedicationem animis nostris insigere mus? Atque haec ad gratiam preparatio est.

Sed nunc quoque audi, quomodo & quibus rebus accepta gratia in nobis cōferretur. Gaudete in Dño semper (inquit Paulus) iterū dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Epistola ista ad eos scripta est, qui iā gratia Dei donati erant, nam ad illos solos dicitur: Dominus prope est, ne sitis solliciti. Quare etiam haec Epistola apud praedicationem Ioannis non incommode locum sortita est. Ioannes enim ad Christū nos ducit, & Paulus nos docet, quomodo Christo uti debeamus. Mirū itaque fuerit incastum laborare istos duos tam insignes verbi domini praedicones, si aures illis praebamus attentas. Ioannes sua concione totam Iudeam excitabat, ut agminatim confluere & consilium ab eo peterent. Paulus sua praedicatione vniuersum orbem terrarum excitauit, ut Christo sese dederent. Qui igitur fieri potest, ut utraque simul in nobis Christianis nihil proficiat, si modo illos audiamus?

Ioannes receptui cecinit, & praedicationi suae imposuit finē. Paulus adhuc praedicat, via requirit a nobis, qui Christum agnouimus. Primo, ut gaudeamus in Domino. Secundo, ut modesti viuamus coram hominibus. Tertio, ut serio & assidue orationes nostras cū gratiarū actione ad Deum transmittamus. Et ad haec omnia impellere nos debet, quod Dominus prope est. Hanc, inquam, causam posuit Paulus, quae alludit ad id, quod Ioannes dicit: Medius vestrum stat, quem vos nescitis &c. Iudaei non sciebant neque agnosce-

1. Pet. 5.

Heb. 11.

Ioan. 3.

Ioan. 8.

Esa. 50.

Phil. 4.

Luc. 3.

Ioan. 5.

POSTILLA F. IOAN. FERI

bant Christum, quapropter nihil horum faciebant, quæ
Mat. 23. Paulus exigit hoc loco. Nos autem scimus Christum pro-
pe esse atque in medio nostrum altare vel potius in nobis
agere, mansurumq; ad seculi consummationem usq; cur er-
go præsentia ipsius & clementi visitatione nobis non gra-
turemur? cur non vita ac tota denique conuersatione no-
sira declaremus comprobemusq; nos eum pro domino no-
sro agnoscere? cur non illum omni tempore plena cum
fiducia rogemus? Ad hunc modum in hodierno euange-
lio & epistola aperitur nobis, quomodo animos nostros ad
gratiam præparare debeamus, eaq; postmodum vti, quo
Christum non solum suscipiamus, verumetiam in omne
æuum apud nos seruemus. Reliquum est vt in ea quoque
per omnia pfectemus. Deus det nobis suam gratiam.

SERMO SECVNDVS

Euangelium explanat.

Q Vi penitius hodiernum Euāgelium introspicit, fa-
 cile animaduertit, quanta animorum orta sit com-
 morio inter populum Iudaicum, cum in solitudi-
 ne prædicaret Ioānes, posteaquam tota prouincia
 propriam expediret legationem & ad eum mitteret, quam
 obibant viri honestatis, famæ & authoritatis, opinione præ-
 cellentes, idq; ex ipsorum Metropoli. Vnde nemo aliud sus-
 picari potest, q̃ quod magni illorū interfuerit. Porro Euan-
 gelium dicit non vnum aut aliquot solum, sed in commu-
 ni omnes Iudæos amandasse Legatos, idq; ex Hierosolyma
 homines non contempribiles, sed Sacerdotes & Leuitas to-
 tius populi decus & ornamentum. Hos mittebant non ad
 dominos præpotentes & reges, non in vrbes aut prouinci-
 as, sed ad vnicum hominem, cui erat nomē Ioannes, qui vi-
 tam agebat in solitudine longe ab hominum cōsuetudine
Mat. 3. semotus, sed adeo forriter clamabat, vt vnīuersam multitu-
dinem ad se pertraheret, & primoribus, potentibus ac do-
 ctis animos ipsorum commoueret, vt deliberandum cense-
 rent, quod alioqui fortasse in mentem illis nunquam venis-
 set, aut ad minus tam serio animo non pertractassent.

Gen. 49. Sanctissimus Patriarcha Iacob seu Israel certum quidem
 terminum præscripserat vtrū Mesiæ, nimirum quando
 sceptrum & regia potestas de stirpe Iuda ablata esset. Eam
 iam Herodes alienigena à Romanis consequutus erat, sic
 vt Iudæorū imperiū omne ad ipsum deuolutū esset, nec vl-
 la penes Iudæos relinqueretur potestas. Item Daniel quoq;
Dan. 9. certum

cetum præfinierat tempus, in quo Messias venturus esset, quod iam tum elapsus erat. Horum tamen omnium vulgus parum meminisset, nisi à Deo fuissent denuò admoniti. Nam diuturna expectatio, varîe & multiplices aduersitates, quas perpessi erant, imprimis verò negligentia & infidelitas doctorum & prædicatorum, eo rem deduxerant, ut promissio dei de futuro Messia, apud nonnullos in dubium, apud quosdam verò prorsus in obliuionem venisse videretur. Ioanne autem è deserto prodeunte, & clamante, Parate viam *Mat. 3.* domini, appropinquat enim regnum celorum, post me venturus est, qui ante me factus est, tum demum in mentem rediit dei promissio, tum demum cognoscebatur tempus adesse, quo venturus fuerat Messias, tum etiam doctis oculis aperiebantur, tum oriebatur questio, Tunc es Christus? Tunc Messias? Tunc Elias? Hæc causa erat istius legationis, quam ad Ioannem mittebant. *Ioan. 1.*

Non mirum est, quod res hæc illis tantopere fuerit curæ. Agebatur enim, cum de ipsorum de totius mundi salute & commodo. An non igitur diligentissime quis aduigilet, ubi talis rumor spargitur & nuntium auditur? Quis non diuinarum promissionum memor sit, ubi tales admonitiones fiunt & audiuntur? Quis non accurrat & mittat interrogatum, si talia nuntientur? Agè Ioannes nemini non humaniter responderebat: Quanta seueritate clamaret seruatore Messiam adesse, tanta fidelitate indicabat, quod ille esset, sese nihil aliud esse affirmans, quod vocem clamantis, de Christo verò dicebat, Me diu vestrum fiet, quem vos nescitis. Hic est qui post me venturus erat, & tamen ante me factus, cuius ego non sum dignus ut solam corrigiam calceamenti. Hoc legatis Ioannes dabat responsi, ex quo si nec ipsi nec domini eorum meliores euaserunt, quemadmodum Euangelistæ clarè restantur, tanto plus emolumentum nos Christiani capere debemus. Christus de illis hoc pacto loquitur. Cui simile æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes cœqualibus dicunt: Cecinimus vobis & non saltastis: lamentauimus & non planxistis. Venit Ioannes neque manducans neque bibens: & dicunt demonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini. Tantum Ioannes atque etiam Christus in Iudæis profecit. *Mat. 11.*

Nos autem Christiani, inquam, in magno pretio habere debemus omnia ista verba, quæ Ioannes in isto euangelio prolocutus est, nimirum primo, quod constanter in suo

POSTILLA F. IOAN. FERI

- officio, neq; Herodis carceribus, neq; Iudæorū blandimentis cominotus quicquam. Confessus est (inquit Euāgelista),
 „ & nō negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus.
 „ Hæc Ioannis fuit singularis cōstantia. Vnico verbo omniū magnatum fauorem, beneuolentiam ac amicitiam sibi conciliare potuisset & multa pericula à se auertere si aut se Messiam professus esset, aut à Christo descuiisset. At veritatis partes tuetur fortissimè: tametsi nō ignoraret eam rem sibi non solum autoritatis hæcenus possessæ iacturam, verum etiam grauem apud Iudæos inuidiā allaturam. Quapropter non abs re CHRIS TVS de illo dixit, eum non esse arundinem, quæ vērō huc illuc agiteretur. Etenim fortis & inuictus animus sit oportet, qui nec promissis nec minis à veritatis professione se abduci patitur, iuxtaq; æstimat fauorē & odiū mundi. Hinc & nos discere debemus, vt fidē nostrā & iram & veritatē pluris faciamus, q̃ omnium hominū beneuolentiā aut inimicitias. Quamobrē etiā CHRIS TVS regnum celorū thesauro recondito cōparauit, quem nemo adipiscitur, nisi omnibus bonis venditis, quæ habet. Eandē
 Mat. 13. ob causam alibi dicit: Qui non renuntiat omnibus quæ
 Luc. 14. possidet, nō potest esse meus discipulus. Qui enim patrem
 Mat. 10. & matrem plus diligit Christo, non est ipso dignus.
 Ioan. 1. Secundo nobis quoq; dictum esse debet, q̃ Ioannes ait se esse vocē clamantis in deserto: sed quæ nihil aliud sonet, q̃ parate viam domini. Sanè Ioānes clamauit, hoc est, sibi inunctum negotiū magna industria & continuo studio confecit. Clamat etiam nū, sed in deserto tantū, hoc est, in cordibus eorū, qui se agnoscunt ab omnibus creaturis desertos, qui nullis rebus temporalibus fidunt, sed soli deo adherescunt, quoniam hi soli cum fructu Ioannem audiūt. Iam si quē iuuat hoc lætū nuntiū audire à Ioanne, & gratiæ Christi particeps cupit fieri, is vrbibus exeat, vbi diuitiæ & fastus regnant, exeat Hierosolyma, vbi templum & Iudaicus cultus sunt, & se cōferat ad Ioannem in desertum, hoc est, fiduciam suam ponat neque in bonis temporalibus, neque in propriis virtutibus, sed dicat cum sancto Daniele. Domine nō iustitia nostra, sed misericordia tua confisi ad te oramus. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio, quia peccauimus. Præcipue autem hoc loco ad nos pertinere arbitrari debemus, quod Ioannes nihil magni vel factu difficile à nobis postulet, sed vt saltem viā paremus domino, quod nobis innuit, Christum propensum esse ad auxiliandum nobis.

nobis, modo ne obſtaculum illi interponamus, & nos ipſi ſalutē noſtra fraudemus.

Tertium verbum, q̃ Ioannes dicit, Medius veſtrū ſtetit, nobis quoq; dictum ſit. Quemadmodū olim accidiſſe nemi dubium eſt, ita quoq; noſtra ætate fieri idipſum deprehenditur. Iuxta humanitatē CHRISTVS medius noſtrum eſt, hoc eſt, exinaniuit ſe formam ſerui accipiens, in ſimilitudinē hominū factus, ſed tamen à peccati labe immunis, vt Paulus ait. Secundum autē diuinitatē, medius noſtrū eſt, quia omnibus æquē præſens eſt. Eſt quoq; inter nos & deum, cū mediator dei & hominum. Eſt & nobis propoſitus ad vrilitatē & ſalutē noſtram, nec nō paratus omnibus, haud ſecus ac lignū vitæ in medio paradyſi, vt Moſes habet. Atq; hoc verbo Ioannes omnē nobis præripit excuſationē. Nemo enim dicere audebit. Quis aſcendet in cœlum, vt illum conueniat? Ecce (inquit Ioannes) medius noſtrū eſt: Insuper verbum ſalutis propē eſt in corde & ore noſtro, vt Paulus inquit. Nulli neceſſe eſt propterea cœlos petere aut transſectare mare: nam ſi dominū Ieſum ore confitearis, & credas eum à mortuis reſuſcitātū à deo, ſaluus fueris. Nec dicit quiſquā. Peccator ſum, eſt mihi metuendus, nihil aliud ſperare poſſum, q̃ illū mihi ſuccenſere & indignari grauitur. Ecce medius noſtrū eſt, ait Ioannes. De cœlis dimiſit ſeſe ad infirmitatē noſtram, imō inſirmitatē noſtrā ipſe in ſe ſuſcepit, quo minus puderet nos illū accedere. Quocirca haud potes dicere. Quis habitabit cum igne deuorante? En noſter frater factus eſt, qui Deus & conditor noſter erat ac in æternum erit.

Eſt præterea aliud, quod in verbis Ioānis nos conſiderare oportet, quod Chriſtum verbis tā magnificis deſcribat. Hic eſt qui poſt me venturus mundo ſe manifeſtabit. Poſt me conceptus eſt, poſt me natus eſt, poſt me prædicaturus eſt, multo me inferior videtur. Vidimus eū (inquit Eſaias) deſpectum & nouiſſimum virorum, ſed ante me fuit: nam in principio erat apud Deū, atq; adeo ipſe erat Deus, honore quoq; & dignitate me longe præuerit: ita vt nec dignus ſim calceamenti illius corrigiā ſoluere. His verbis Ioannes infinitis partibus ſe Chriſto poſtponit, quo ſimul Chriſti diuinitatē proſitetur. Niſi enim purus homo fuiſſet & nō etiā Deus, haudquāq; indignus fuiſſet Ioannes corrigiā calceamenti illius ſoluere, nō enim homo homini tātū præſtat, vt nō dignus ſit alteri ſoluere calceamentū, cū ſimus in hoc conditi, vt alter alteri opitulemur, & de quā plurimis, q̃

Phil. 2.

Heb. 4.

1. Tim. 2.

Gen. 2.

Rom. 10

Eſa. 33.

Eſa. 33.

Ioan. 1.

Gen. 2.

POSTILLA F. IOAN. FERI

optimè mereamur. Porro dignus est vnusquisq; mortaliū alteri obsequium præstare. Verum Ioannes quiddam homine maius in Christo obseruabat, imò videbat eū & hominem & Deum esse, ob quod indignū se iudicabat, qui apud illum infimi mancipij locum teneret. Hac re quoq; omnium hominum instantiam, præsumptionem ac fiduciā proprio: rum meritorum sustulit & damnauit. Nam si is (cui Christus ipse tantum laudis deferebat) indignum se putauit illi vel in minimo seruire, quid nos nostris operibus ac meritis gloriari poterimus? Pura gratia & misericordia est, q; nos suo ministerio dignos existimat, & quod nostrum illi studium acceptum est.

Hæc illa verba sunt, quæ ex Ioānis prædicatione memoria tenere debemus, vt quæ ad multa nobis prodesse possint. Primum docet nos cōstantiam. Secundum ad seueritatem & curam nos extimulat. Tertium gaudium et solatium nobis adferre potest. Quartum fidem nostram augebit, nosq; in ea confirmabit. Quintum exemplum nobis erit Christianæ humilitatis. Tantum qui ex prædicatione hac Ioannis discere posset, is non frustra Ioannem audisset, & fructum vnus diei satis magnum retulisset. Deus Opt. Max. gratiam suam & spiritum nobis omnibus largiatur.

TERTIVS SERMO.

Docet, cur hodie rursus Ioannis mentio fiat.

- D**ominica proximè præterita, Epistola et Euangelij ita erant instituta ac ordinata, vt vtraq; ad prædicandi munus & ad prædicantium personas alluderent, causam tum indicaui, cur id adeo tertia Dominica considerandum nobis proponeretur. Hodierna vero dies Dominica eo spectat, vt doctrina quoq; ritè ac ordine instituat. Predicatoribus nullo modo carere possumus, posteaquam Deo Opt. Max. visum est per eiusmodi media suos electos ad salutem perducere. Quos enim prædestinavit, hos & vocauit per prædicatores & Apostolos tanquā media quædam. Fides porro nascitur ex auditu verbi diuini. Quare prædicatorum opera carere nō possumus. Quomodo enim credent sine prædicante? inquit Paulus. Multo minus doctrina per se carere possumus. Ceterum quemadmodum in prædicantibus fidelitas requiritur, ita quoq; in doctrina precipue spectatur vt sit integra, vera et ordine tradatur. Multos habetis pædagogos (inquit Paulus ad Corinthios) sed nō multos Patres, intellige qui fideliter
- 2. Cor. 1.* rō dies Dominica eo spectat, vt doctrina quoq; ritè ac ordine instituat. Predicatoribus nullo modo carere possumus, posteaquam Deo Opt. Max. visum est per eiusmodi media suos electos ad salutem perducere. Quos enim prædestinavit, hos & vocauit per prædicatores & Apostolos tanquā media quædam. Fides porro nascitur ex auditu verbi diuini. Quare prædicatorum opera carere nō possumus. Quomodo enim credent sine prædicante? inquit Paulus. Multo minus doctrina per se carere possumus. Ceterum quemadmodum in prædicantibus fidelitas requiritur, ita quoq; in doctrina precipue spectatur vt sit integra, vera et ordine tradatur. Multos habetis pædagogos (inquit Paulus ad Corinthios) sed nō multos Patres, intellige qui fideliter
- Rom. 3.* media suos electos ad salutem perducere. Quos enim prædestinavit, hos & vocauit per prædicatores & Apostolos tanquā media quædam. Fides porro nascitur ex auditu verbi diuini. Quare prædicatorum opera carere nō possumus. Quomodo enim credent sine prædicante? inquit Paulus. Multo minus doctrina per se carere possumus. Ceterum quemadmodum in prædicantibus fidelitas requiritur, ita quoq; in doctrina precipue spectatur vt sit integra, vera et ordine tradatur. Multos habetis pædagogos (inquit Paulus ad Corinthios) sed nō multos Patres, intellige qui fideliter
- Rom. 10.* Multo minus doctrina per se carere possumus. Ceterum quemadmodum in prædicantibus fidelitas requiritur, ita quoq; in doctrina precipue spectatur vt sit integra, vera et ordine tradatur. Multos habetis pædagogos (inquit Paulus ad Corinthios) sed nō multos Patres, intellige qui fideliter
- Ibidem.* quemadmodum in prædicantibus fidelitas requiritur, ita quoq; in doctrina precipue spectatur vt sit integra, vera et ordine tradatur. Multos habetis pædagogos (inquit Paulus ad Corinthios) sed nō multos Patres, intellige qui fideliter
- 1. Cor. 4.* Multos habetis pædagogos (inquit Paulus ad Corinthios) sed nō multos Patres, intellige qui fideliter
- Ibidem.* sed nō multos Patres, intellige qui fideliter

liter

liter vobiscum agant. Variam quoque mundus aluit doctrinam iam inde ab initio, sed non omnis genuina est & germana doctrina, & licet vera sit, non tamen ubique locorum integre & ordine traditur prædicaturque.

Ut autem & hæc pars in suum ordinem redigatur observeturque, denuo nobis Ioannes hodie proponitur non propter personam, ut altera Dominica, sed propter doctrinam ipse, ut qui à veritate ne laqueum quidem vnguem discessit, nec hoc solum, sed omnes veræ doctrinæ partes simul pertractare solitus est, nihil præteriens, & ad id suo quodque loco, ut decet, indicavit, non quod primum sciri oportebat, postremum reservavit, aut primum dixit, quod posteriore loco dicendum erat. Hoc, inquam, nobis hodie cognoscendum datur, quod ipsum sanè non levis momenti est. Quorsum nanque attinet, etiamsi prædicator iuxta Ioannis exemplum nihil dicat, quod veritati non sit consentaneum atque eam constantissime defendat, nec quærat voluptatem aliquam vel gaudium, bona aut honores in terris, si non integre non commodè tradat Christianam doctrinam, sed summa infimis misceat? Præcipuum huius ætatis incommodum est, quod hæc duæ partes non simul considerentur. In quibusdam prædicatoribus hoc desideratur, quod Christi doctrinam particulatim, non integre proponant & doceant, vel penitentiam omissa fide, quo animos alioquin dubios in angustias cogunt, nonnunquam etiam in desperationem, vel solam fidem citra omnem pietatem, quo homines falso reddunt securos, imò leues ac impios penitus. Hoc, inquam, plerique in prædicando vitio laborant, quod profecto non ita leve existimari debet. Quemadmodum enim Christo nihil magis displicet homine suæ gratiæ diffidente: ita indigne fert aliquem ipsius gratiæ fretum peccare aut in peccatis manere. Nec unquam comperietur Christus suæ doctrinæ ulli auditori suæ desperationis suæ præsumptionis.

Quemadmodum igitur CHRISTVS doctrinam suam prodidit ac instituit, ita eam à nobis vult continuari. Docte, inquit, eos, quæcunque mandavi vobis, nimirum ne iis, qui prædicationem audiunt, vel ad desperationem vel ad præsumptionem detur ansa. Quamobrem è re Christianorum maxime fuerit, doctrinam Christi non concisam, non mutilatam, sed integram tradere. Siquidem magno malo succursum erit, ne quisquam animum despondeat, nè facile scurrilem & flagitiosam vitam sectetur.

Mat. 23

Secun:

POSTILLA F. IOAN. FERİ

Secundo, non parui quoque nostra refert, quis in docendo ordo seruetur, ne sit inuersus & præposterus, quæ res alioquin non mediocrem parit errorem. Vt si prius doceatur fides, quam penitentia, hoc incommodi secum trahit, quod peccatorum noxa contemnatur, metus interim exulet, nec grauetur conscientia, & si qui sunt plures fructus pessimi. Vbi verò de bonis operibus prius agitur, quam de fide, eū adfert errorem, quod propriis homines confisi operibus, propria merita dei gratiæ preferant. Quapropter plurimum, ut vides, interest, veram in docendo seruare methodum. In Ioanne omnia pulchrè expressa sunt, qui nihil prætermittit, quod ad Christianam doctrinam facere videatur & suo quodque loco ponit. A penitentia auspicatur, fide in Christum prosequitur, pia & laudabili viâ cōcludit suum negotium.

Luc. 3. Primo, vox est clamantis, penitentiam prædicat, viâ præparat, montes & colles, hoc est, quicquid superbū & elatum est, deprimit, valles erigit, hoc est, consolatur pusillanimes & animo consternatos. Secundo, monstrat Christū, in quo omnis nostra salus & beatitudo posita est, hunc in medio collocat, verbisq; depingit supra modum venustis, ut qui, tametsi serius post ipsum in mundum venisset, fuerit tamen ante mundum, & cui reliqui mortales non sunt digni soluere corrigiam calceamenti. Postremo, Ioannes verum

Ibidem. viuendi modum præscribit, cuique pro suo statu, quod Lucas cum primis annouit. En, habetis hic ipsissimam methodum, qua Christianam doctrinam tradi oporteat, ad quam etiam pertinent tria illa, quæ serie & ordine prædicta debent non alio, quam quo Ioannes ea prædicauit. Penitentia præeat necesse est, nō à Christo initium petendum est, hoc est, à gratia, sed à lege, alioqui à cura otiosi redduntur homines, qui omnia sibi leuia faciunt. Nemo enim rectè perspicere potest, quid sit gratia, nisi prius compertum habeat quid & quàm graue peccatum sit. Primum itaque

est, ut discamus peccata nostra & corruptam naturam, nec non dei iudicium agnoscere, quo pauor & metus nobis insinuitur, & ignauium ac somnolentum cor, auxilium, gratiam & redemptionem quæsitum excitatur. Atque hic primus Christianæ doctrinæ gradus est, ad quem respicit prima

Mat. 3. Ioannis prædicatio. Penitentiam, inquit, agite. Secus ris ad radicem arboris posita est &c. Simile est quod in hoc

Ioan. x. diebus euangelio dicit: Ego sum vox clamantis in deserto, parans

parate viam Domini, &c. Tum autem Domino via preparata est, quando agnoscuntur peccata & odio habentur, contra vero salus desideratur & experitur.

Quo facto & penitentiae praedicatione continuo usu frequentata, ita ut conscientia hominis satis sit expauescens, peccatum ac damnationem suam intelligat, gratiam expetatur, fides deinde illi praedicanda est, & fideliter demonstrandum Christum eo venisse, ut peccata expiaret, & naturam nostram labefactam in pristinum statum reduceret, Dei iram placaret, & Dei vindictam ac iudicium a nobis auerteret. Huc iam spectat altera Ioannis praedicatio, ubi primo ait: Venit fortior me, post me, ille vos baptizabit spiritu sancto. Et quod in hodierno Evangelio dicit: Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Item illud: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Huc quoque referenda sunt pulcherrima illa verba, quae postmodum ad suos discipulos loquitur: Qui de terra est (inquit) de terra est, & de terra loquitur: qui de coelo est, super omnes est. Qui sponsam habet, sponsus est. Et sic iam est secundus Christianae doctrinae gradus.

Mar. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 2.

Cum iam haec praedicatio quoque inculcata satis fuerit, nec tamen hic cessandum est, ut nonnulli faciunt cum magno malo ecclesiae, sed vita quoque Christiana exposcenda est. Ad quod pertinet tertia praedicatio Ioannis, ut cum dicit ad publicanos: Nihil amplius quam quod constitutum est vobis faciat. Et ad milites: Neminem concutiat & calumniā faciat, & contenti estote stipendiis vestris. Et ad promiscuam multitudinem: Qui duas habet tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. En, hoc pacto ex Ioanne formā & ordinem verum Christianae doctrinae accepimus. Et hic iam verum inuenitur, Christum in medio esse & agere debere, penitentia praecedit, gratiarum actio & Christiana vita sequitur, ac tunc vndique perfecta est praedicatio, hunc modum observat Ioannes.

Luc. 3.

Idem facit Paulus in hodierna Epistola, nisi quod hoc loco penitentiam silentio praetereat, nec erat necesse de ea quicquam dicere. Nam Philippenses, ad quos hanc dabat Epistolā Christum dudum agnouerant & receperant, Christus iam in illorum cordibus sedem fixerat, non erat opus ei viam demum parare. Reliqua autem duo Paulus diligentissimè prosequitur. Primo fidem his verbis, Dominus prope est, ne sitis solliciti, imò gaudete, idque bis. Gaudete primo, quod

POSTILLA F. IOAN. FERI

Luc. 10.
Mat. 5.

quod à peccatis estis liberati, gaudete secundo, & per Christum dei spiritum & gratiam consecuti estis, gaudete & nomina vestra scripta sint in celis, gaudete quod vberima vobis ibi reponetur merces. Hæc est fidei prædicatio in ista epistola. Operum prædicatione Paulus haudquaquam etiam præmittit. Primo ait, ut preces nostras ad Deum mittamus cum gratiarum actione, hanc cum oratione coniunctam vult esse. Nam ante omnia gratos nos esse convenit, nec unquam acceptæ gratiæ obliuisci, deinde verò sine intermissione gratiam locupletiozem rogare, idque tanto magis, posteaquam Deus nunquam à nobis tam procul dissitus est, quin eum nostra oratio possit cōtingere. Secundo vult Paulus, ut modestia & humanitas nostra omnibus perspecta sit, utque bonis studeamus, cum coram Deo, tum coram omnibus hominibus.

Rom. 12.

Quisvis itaque animaduertit, quomodo Paulo cum Ioanne conveniat. Quod si formam & ordinem prædicandi, qui Paulo & Ioanni solennis fuit, reliqui quoque omnes sequerentur, non dubium foret, plerisque Christianorum meliores euasuros, quam hactenus fuerunt. Sed diligenter hic rursus opus est cura. Magni interest Ioannem sanctimonia conspicuum esse, & verbum dei sincere tractare, quorum alterum si desit, non potest id fieri sine maximo detrimento & iactura multarum animarum. Hoc sibi dictum existiment illi, qui speculatores appellantur, nec tamen unquam attendunt, quid de prædicationibus aut verbo dei agatur. Deum immortalem, quam diligente observatione & inquisitione opus erat apud huius temporis prædicatores. Nos quoque qui ex multitudine sumus, dictum nobis esse putare debemus, quod modò de Christiana doctrina commemoratum est, oportet nos eam non particulatim, sed integre acceptare. Ne peccata nostra agnoscere, dei iudicium timere, ad Christum gratiam petiit curre, illi vera fide adherere, atque in ea fide omni bono operâ nauare. Quæ omnia si ab omnibus considerarentur, sperarem utique nobis fore Nativitatem Christi auspiciatum, lætum ac salutiferum. Deus nos sua gratia dignetur, Amen.

QUARTVS SERMO

Docet quid Dominica ista significet.

Hodie

HOdierna die Dominica, quæ quarta & vltima est Adventus, & omnium proximè Natalem Christi præcedit, significat propriè illud tempus, quo etiã diuina Maieſtas in corpore sanctiſſimæ ac puriſſimæ virginis, humana natura & mortali corpore amicta eſſet, & mox ſeſe eſſet oſtenuſura mundo, hoc eſt, cum iam virgo vicina eſſet partui, & iter ſuſcepſiſſet verſus Bethlehem, quem locum filius Dei ſuæ natiuitati delegerat. Illud ipſum tempus, inquam, ſignificat hæc quarta Dominica.

Quapropter nõ incõſulto maioribus noſtris viſum eſt, omnia inſtituere q̃ ſeueriſſimè, ne Chriſtianorũ vllus ſalutiſe: rum hoc tẽpus non obſeruans præteriret, quod ter inſe: ribus Bethlehemitis accidit. His antiquitus per Prophetas prædictum erat Chriſtum apud ipſos naſciturum. Atq; ita euenit, ſed nemine ſentiẽte. Ad vnũ omnes alto preſſi ſomno opatiſſimam huius natiuitatis horam neglexere cum maximo ſuo dāno. Nemini illorũ veniebat in mentẽ tẽpus Meſſie addeſſe, nemo opinabatur humilẽ & quaſi cõtẽptã virgunculã iſtam tantũ theſaurũ ferre, nec erat aliquis Pro: pheta, qui id eos admonuiſſet, fuiſſetq; exhortatus. Perſi: oportebat id quod futurum prædictum erat, tum videlicet omnipotentem ſermonem dei de cœlo à regalibus ſedibus exiliturũ, cum quietũ ſilentiũ contineret omnia, & nox in ſuo curſu mediũ iter haberet. Ita quoq; apud Bethlehem: tas omnia ſilebãt, nec facile deprehendiſſent Chriſtũ apud ipſos naſci fuiſſe, niſi cœlitus illis ab angelo eſſet nũtium.

Cæterum pernicioſa oſcitantia illa eſt & deteſtabilis ſomnus. Chriſtum negligere & tempus gratiæ per ignatiam dimittere. Eo itaq; magis ſtudiũ eccleſiæ & induſtria hæc poſtrema Dominica ſeruet. Hic ſtat Ioannes in Euangelio, clamat, teſtificatur, atq; adeo digitis oſtendit Chriſtũ, ne quiſ: quam cum tanquã ignotum prætereat. Hic ſtat Paulus in hodierna Epistoſa, docet & conſolatur, hortatur & vrget, vt omnes vigilẽs ſint ad cõſyderandum tẽpus gratiæ. Ego ſum vox clamantis (inquit Ioannes) parate viam Domi: ni. Et iterum: Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit, qui poſt me venit, ſed ante me factus, qui vos baptiza: bit in ſpiritu ſancto. Gaudete vos in Domino, iterum dico gaudete, ne ſitis ſolliciti, Dominus propè eſt, inquit Pau: lus. Quanto ille ardore præcurrit & clamat, tanto hic fer: uore inſequitur & vocem extollit. Vtrobique, in vtraque perſona idẽ ſpiritus promicat, qui per Dauidem hæc verba

Mich. 4.

Sap. 10.

Luc. 2.

Phil. 4.

Ioan. 1.

Mar. 1.

Phil. 4.

K prole;

POSTILLA F. IOAN. FERI

- Psal. 42.** prolocutus est: Deus noster manifestè veniet & non silebit. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Idem, in quâ, ille spiritus elucet quoq; in Paulo & Ioanne. Vterq; dicit deus præstò esse, Medius verum est, ait Ioannes. Prope est dicit Paulus. At si denuntiatione præsentiae Christi agunt aliud, q̃ quod cōgregent illi sanctos eius & electos, ac testamentum ipsius & sedus statuunt super omnia Iudæorum sacrificia. Sic enim primò verba psalmi intelligēda sunt de sacrificiis Iudaicis, per testamentum verò intelligenda est promissio à Deo Abrahamo facta de venturo Christo, ita vt sententia sit, tanquam David voluerit dicere. Eos homines Deus pro suis electis habet, qui erga Christum venturum melius affecti sunt, q̃ erga sacrificia, aut qui in sacrificiis suis plus fidem, quā externum opus profere persuasum habent. Idq; sanè verissimum est. Nam scriptura hoc passim habet, q̃ Deus fidem semper fecerit pluris, quā externam victimam, imò quod nulla vnquam illi grata fuerit citra fidem, vt in Caino videre est. Ita nos quoq; per sacrificium intelligere debemus omnia externa nostra opera, per testamentum autem Dei, promissionem ipsius, voluntatem & mandata. Porro illos „Deus pro suis sanctis habet, non qui multa faciunt, sed qui „voluntati & mandatis dei obtemperant in fide promissionum ipsius. Testamentum & pactum Dei primum omnium „nobis curæ debet esse, hoc est, fides promissionum Dei per Christum vna cum impletione ipsius voluntatis ac mandatorum. Hinc sanctitatis verum consequimur nomen. Nam quicquid citra fidem facimus, perperam & frustra factum est. Interim tamen sacrificium nostrum & opera prætermitti nolunt.

David circumspectè admodum loquitur. Non dicit, Congregate illi sanctos eius, qui solum ordinant Testamentum eius, & non sacrificium, sed ait, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Vtrunque postulat, sed tamen cum discrimine. In veteri testamento fides præcipuè erat, quo sancti efficiebantur, nihilominus tamen sacrificia illis Deus imperabat. Sic etiam nunc à nobis in primis fidem, deinde opera poscit. Atq; hi sunt veri electi Dei, quos Deus per angelos suos congregari sinet à quatuor ventis cœli in extremitate iudicio. Nūc verò per Prophetas suos & Apostolos eos congregari permittit, qui in regno cœlesti tales quoq; omnes esse volunt, quemadmodum satis declarant Ioānes & Paulus

Mat. 24

Paulus. Ne velitis iā dicere intra vos (inquit Ioannes) Pa- Mat. 23.
 trem habemus Abrahā, dico enim vobis, quoniam potens est
 Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahā. Quae verba
 hoc sibi velle videtur, ac si dixisset aperte: Nolite iactare
 genus vestrū, non legē, nō sacrificiū, nō circumcisionē, quasi
 hæc salutē conferāt sed scitote vos ex gratia & alienis me-
ritis salutē cōsequi oportere, testamentū & fœdus, quod cū
 patribus nostris pepigit Deus, promissio quā Deus Abrahā
mo fecit, vel potius filius Dei, qui ob salutē nostrā de cœlo
 venit, summa nostra præsidia sunt oportet. Ecce agnus Dei, Ioan. 1.
 ecce qui tollit peccata mundi. Necessaria prorsus hæc ad-
 hortatio erat. Etenim Iudæi sacrificia sua, legem, circum-
cisionem, opera sua & propriam iustitiā testamento Dei præ-
 ferre conabantur & pluris facere, q̄ gratiam & promissionē
 Dei, sicut etiā de illis Paulus loquit: Ignorātes iustitiā Dei, Rom. 10.
& suam quærentes statuere, iustitiā Dei non sunt subiecti.

Verum hic Ioannes sibi silentium imperare non poterat,
 siquidem sciebat Christum talibus factitiis sanctis, qui ipsi
 sanctitatis opinione sese vendicabant, ac citra Dei gratiam
 & meritum Christi omnino sancti esse volebant, haudqua-
 quam delectari. Nam si arbitramur sacrificia & opera no-
stra apud Deum plus valere, quā promissionem, testamen-
tum & fœdus ipsius, erramus videlicet & postrema priori-
 bus præponimus. Si ex lege hereditas (inquit Paulus) iam Gal. 3.
 non ex promissione. Abrahā autem per repromissionem
 donavit Deus. Et rursus: Si salus nobis contingit ex operi-
 bus, iam non est gratia sed merces. Id verò scriptura perne- Rom. 11.
 gat, scilicet Deum nobis obæratum fuisse, & nos salutem,
 quæ nobis per Christum contigit promeruisse. Minime. Rom. 5.
 Cū adhuc inimici essemus, & idcirco nihil possemus fa-
 cere, quod gratum fuisset Deo, misit filium suum, & per il-
 lum nos servavit. Gratia estis saluati (inquit Paulus) per Ephē. 2.
 fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex
 operibus, ut ne quis glorietur. Eiusmodi sententiis & argu-
 mentis non raro utitur Paulus, præsertim in Epistolis ad
 Romanos & Galatas, nullo modo ferens testamentum &
 fœdus Dei sacrificio nostro, fidē nostris operibus, gratiam
 Christi nostris meritis postponi. Bona quidem opera &
 sacrificia nō aspernatur, eatenus tamen, quatenus testamen-
 tum, gratia, promissio Dei & meritum Christi, imò verò
 fides quæ illa omnia complectitur, priorem dignioremq;
 locum obtineant.

POSTILLA F. IOAN. FERI

- Hoc itaq; modo isti duo Christo viam prępararunt, & ita fieri necesse est. Sic vt fieret propheta in mandatis dei:
- Mal. 4.** dir. Congregate illi sanctos eius, inquit, qui testamentum eius ordinant super sacrificia. Hodie, inquam, duos habemus, qui hoc mandatum strenue executi sunt, & talibus vris opus est ante Natalem Christi. Si **CHRISTVS** in nos migrare, Sol iustitię in nobis exoriri, **CHRISTVS** nobis prodesse debet, ante omnia testamētum dei considerare & magnificare nos oportet, hoc est, dei promissionē. In: genuē lateri cogimur puram esse gratiā quicquid per Christum nobis pręstitit, dicere nos oportet cum diuo Paulo:
- Tit. 3.** Benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitię, quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, &c. In tali pretio testamentum Dei nos habere debemus, ne tamen sacrificii et bonorum operum parum memores simus. Quod vbi sit,
- Phil. 4.** locū **CHRISTVS** habere potest, nec Christi natalis sine fructu abit, illos homines Paulus cohortatur, vt gaudeant in Domino, nec animo sint solliciti, illis spem dat, Dominum propē esse, illos securē & confidenter rogare iubet, illis quoq; precatur & nuntiat pacem Dei, quę omnem humanum captum superat. Quid autem tali homine felicius esse vnquam potest, cui talis contingit Natalis Christi, qui eiusmodi gaudio afficitur, qui Christū semper habet pręsentem, & in cuius deniq; pectore pax dei imperium obtinet? Deus Opt. Max. per suam gratiam faxit, vt nobis omnibusq; fidelibus talis Natalis Christi exoriatu & obueniat, Amen.

SERMO QVINTVS

Docet, quale Ioannis fuerit testimonium.

Circa hodiernam Dominicam ipsiusq; Euangelium rursus occurrit quiddam, quod homini simplici scrupulum mouere queat, nimirum quod cū tempus Aduentus non habeat nisi quatuor Dominicas, duę tamen ex his, hoc est, media Aduentus pars in ecclesia cum Ioanne transigatur, de illo legatur, canatur, ac prędicetur, sicut superiore Dominica audiuitis, & nunc denuo auditis. Quę res hominem imperitum nonnihil torquere possit, ita vt forsitan cogitet id cō fieri, q̃ Ioannes Christum æquare videatur, postquam binę & binę Dominicę vtriq; sint assignatę. Qui verō rem propius intui:

tas fuerit, longe aliter opinabitur. Qui enim conari ecclesia possit Ioannem Christo parem facere, cum Ioannes ipse in hoc euangelio manifestè claret, dicat & fateatur coram omni multitudine, se indignum esse, qui Christo calceamentum portet? Verum quidem est duo posteriorum Dominicarum euangelia agere de Ioanne, sed tamen vtrinq. prospectum est, ne facile quis offendatur. Nam vtrobiq. apparet euangelia ista aliter longe de Ioanne q̄ de Christo loqui, imò longo interuallo Ioannem Christo postponere, vt æquum est, idq. ex eo manifestum euadit.

Mat. 3.

In euangelio præcedentis Dominicæ Ioannes mirum in modum laudatur, sed additum tamen est, eum suos discipulos ad Christum misisse, tamq. ad verum Seruatorem, & à Christo non aliter appellari, quàm nuntium & præcurso-rem suum. Hic est, inquit, de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum, &c. Atqui verò præcursor multò inferior est domino, cuius præcursor est. Porro qui suos discipulos ad alium mittit, eiq. quasi in manus tradit satis ostendit se illi palmam dare, & eum se superiorem iudicare, quem admodum Ioannes verbis non obscuris testatur Christum crescere, se autem minui oportere, vnde non difficulter animaduerti potest Christum à Ioanne haud parum differre.

Mat. 3.

Mat. 3.

Ioan. 3.

In hodierno euangelio magis etià discrimen elucescit, vbi Ioānes aperte dicit. Christū tamen si secuturus esset, multis tamen seculis ante ipsum fuisse, & iam dudum præuertisse, ita vt sicut antea admonui, indignum se agnosceret, illi vel infimi saltem mancipij officium exhibere. Et hæc ad illos dicebat, à quibus ipse magnificabat & habebatur Christus seu Messias.

Ibidem.

Nequaquam (inquit Ioannes) non solum non sum CHRISTVS, sed neque Helias, neque Propheta, tantum sum vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, vt habet propheta Esaias. Præterea, non baptizo in spiritu sancto, sed in aqua solum, hoc est, corpus tantummodo forinsecus tingo, internas peccatorum sordes abluere non possum. Meus baptis- mus ad penitentiam tantum inseruit vt intelligatis vos lotionem indigere, sed peccata vobis condonare ipse nequeo. Verum quemadmodum prædicatio mea perfecta non est, & spiritum largiri non potest, sed tantum præparat animos vestros euangelicæ philosophiæ & spiritui cælesti, sic etiam baptis- mus meus nihil aliud est, quàm

Esa. 47.

K 3 indb

POSTILLA F. IOAN. FERI

Indicium quoddam illius, qui venturus, imò verò iam præfens est, qui in spiritu sancto baptizabit, quemadmodum ego in aqua. Ut breuiter dicam, ego quod ad baptismum pertinet, minimum tantummodo præsto. **Tria enim sunt quæ baptismum perficiunt**, sicut alter Ioannes ait: **Tria sunt quæ testimonium dant in terra**: spiritus, aqua, & sanguis. Ioannes spiritum dare nondum poterat, propterea quod **Christus nondum esset glorificatus**. Sanguinem quoque & meritum Christi impartire non poterat, nondum enim mortuus erat Christus, atque ideo dicit: Ego baptizo in aqua & non in spiritu sancto, hanc facultatem non habeo, hic honor me non decet, quapropter eum mihi non arrogo. Alterius est, qui medius vestrum astat, sed vobis ignotus, &c. Quis in his verbis non videat iniquam esse Christi comparisonem ad Ioannem. Quamobrem, quod duæ Christo, duæ quoque Ioanni attributæ sunt Dominiæ, id non eo fit consilio, quod cum Christo conferendus putetur, sed ideo solum, **ut Christus magis demonstraretur & innotescat**.

Duplex testimonium habere voluit CHRISTVS, oris & scripti. Primo vsus est Prophetis, qui scriptis prodiderit de ipso testimonium. Idcirco etiam ad Iudæos dicit: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & **illæ sunt, quæ testimonium perhibēt de me**. Et paulò post: **Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi**. De me enim ille scripsit. Ioannes autem ad hoc ascitus, electus & missus erat, ut oretenus de Christo testificaretur. Quapropter necessarium planè erat nobis proponi, non solum quomodo aut quid de Christo testificatus sit & locutus, sed etiam **certis argumētis nobis ostendi, eum talem fuisse personam, quam nemo reprobare potuisset vel suspectam iudicare, quam aliqui fidem habuisset apud incredulos & præsertim inimicos Christi? Quàm facile causari quid posuissent Iudæi & Gentes, nisi persona spectata & probata facis fuisset? Quoniam verò nemo non magnifice de Ioanne sentire poterat, ut quem constaret non solum ex nobili genere oriundum esse: sed noua quadam & admirabili ratione conceptum & in lucem editum fuisse, ab infanzia ab omnium hominum consortio ac mundi illecebris semotus, in solitudine versatum esse, diuinam magis quam humanam præ se ferentem naturam, minus de illius verbis ac testimoniis dubitare homines poterant. Hæc itaq; causa est,**

cur

cur duabus his dominicis Ioannis recolarur memoria, nō
 Christo excluso, in illius locum Ioannem reponere ve-
 limus, sed ut cuncti mortales tanto melius capiāt, id quod
 Ioannes de Christo dixit & testificatus est, ubi intelligitur
 Ioannes talis fuisse persona. In hoc cardo rei vertitur.

Ceterum qualis fuerit Ioannis persona, superiore do-
 minica auditum est. Hodie autē audimus, quid sit de Chri-
 sto testificatus. Tum demonstratū fuit, Ioannem omnium
 iudicio virum constantissimum esse habitum & in oratio-
 ne veracissimum, ut qui nulli nec ob pecunias, nec ob fau-
 rem blandiebatur, imō qui nec gaudium, nec voluptatem
 ullam, non honores aut opes hominum querebat, alioquin
 enim in desertum ad ipsum tam procul non cucurrissent.
 Summa, Ioannes nō fuit arundo, nō assentator, non glos-

Mat. 23.

sogastor, qui linguam venalem haberet, & id loqueretur
 quod ventri cōduceret: sed fuit propheta & plus q̄ prophe-
 ta. Huius rei priore dominica admoniti sumus. Nunc verō
 postquam probatum & conuictum est, nihil in Ioanne des-
 siderari, proponitur nobis hodie ipsius testimoniū, in quo
 nobis plus momenti situm est, q̄ in persona Ioannis, quan-
 vis hoc etiam nonnihil, alterum tamen plus ad rem facit.

Quapropter diligentissime hoc Euangeliste literis manda-
 runt, Ioannes præsertim. Fuit homo missus à deo, cui no-
 men erat Ioannes, inquit, hic venit in testimonium, ut te-
 stimonium perhiberet de lumine, nō erat illi lux, sed ut te-
 stimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per
 illum. Et paulō post, Ioannes testimoniū perhibet de Chri-
 sto æterno verbo, & clamat, dicēs: Hic erat quem dixi, Qui
 post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.
 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam
 pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas
 per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam:
 vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit: Istud
 secundum erat testimonium Ioannis. Pergit idē Euange-
 lista dicere: Altera die vidit Ioannes Iesum venientē ad se
 & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est
 de quo dixi, post me venit vir, qui ante me factus est: quia
 prior me erat, & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur
 in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimo-
 nium perhibuit Ioannes dicens: Quia vidi spiritū descen-
 dentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum. Et
 ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille

Ioan. 1.

Ibidem.

POSTILLA F. IOAN. FERI

mihi dixit super quem videris spiritus descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

Istud tertium est testimonium Ioannis, quo nihil vnquam maius, magnificentius, melius & optatius dici potuit. Quod non tam multiplex & praeclarum testimonium exhilaret, reficiat, & veluti rediuuium faciat? Siquidem hic audis Christum eum esse, de quo omnes Prophetæ dixerunt. Hic audis eum peccata tollere, gratiam & veritatem conferre, eum esse filium dei, nos omnes de plenitudine ipsius participare, præterea audis talem prope esse, atque adeo medium inter nos, idque totum dicit Ioannes virtualis, de cuius fide, nemo dubitat, imò hoc ipsum dicit vox patris celestis, que

Mat. 3. palam auditur. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Testificatur hoc spiritus sanctus in specie columbe. At iam vide, num frustra nobis Ioannes proponatur. Haudquaquam opinor, sed in nostrum id cedit commodum, ut tanto melius credamus, & nos Christo tanto citius credamus. Hoc vnum queritur, quod & magnopere nobis necessarium est, idque solum tempus aduentus respicit, ut audiamus simul, quid veteres prophetæ scriptis, & Ioannes ore testificati sint, & eum tanto lubentius credamus ac sequamur, & postmodum per Christum habeamus ac consequamur vitam æternam, quemadmodum Ioannes quoque dixit.

Ioa. 3. Qui credit in filium dei, habet vitam æternam, qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.

Hæc itaque optimus quisque Christianus diligenter cum animo suo reputare debet his duabus postremis dominicis, quid Ioannes de Christo locutus sit, & quæ fide digna fuerint persona. Omnes quatuor Euangelistæ summa cura illius verba literis mandarunt, & in primis Ioannes, atque ita nobis proposuere illius personam, ut illi tuto credere possimus, & nephas fuerit eum mendacii suspectum habere. Ioannes perhibuit testimonium veritati, inquit CHRIS TVS ipse.

Ioa. 5. Et alio in loco scriptum habetur: Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de Christo, vera erant. Deus Opt. Max. statuit, ut testimonium Ioannis eo modo accipiamus, ut in natali Christi cum omnibus electis lætum Hosanna queamus canere, & gratia Christi ex animo gaudere & frui, Amen.

SER.

*Docet, quibus modis Christus & Ioannes se mutuo
testificati sint.*

IN hoc euangelio rursus audimus de Ioanne, sed alio modo, q̄ precedente dominica. Tum **CHRISTVS** laudibus euehebat Ioannem, sed nunc Ioannes Christum laudat. Cæterum hæc duæ prædicationes nobis viles & nō minus necessariæ sunt. Quicquid enim Ioānes de Christo prædicat, facit ad institutionem & confirmationem fidei nostræ, quod verò Christus de Ioanne dicit, inseruit nobis ad pios mores & sanctam conuersationem. Tametsi inueniantur, qui hoc ipsum carbone notent & ringantur. Primo etenim Iudæis & Gentibus cæterisq; qui ex incredulorum numero sunt res hæc suspecta est, q̄ Christus & Ioannes mutuis sese laudibus canant. Deinde inter nos Christianos etiam nonnulli sunt, quibus rædiosum est subinde audire de Ioanne. Illi quidem increduli, Christum & Ioannem prorsus reiiciunt. At delicatuli isti Christiani, tametsi Christum recipiant, queruntur tamen, q̄ toties de Ioanne audire eos oporteat, putāt si Christum habeant & audiat, nihil opus esse Ioanne. Sed vtrobiq; toto, quod alunt, cælo erratū est. Quocirca ne quis hac in parte impingat imprudentius, paucis ad hanc objectionem respondebo.

Et primo, coram mundo parum vel prope nihil ponderis habet, si quando duo seinuicem laudant præsertim si inter eos necessitudo aliqua intercedat, vel si sint eodem negotio occupati. Ibi enim semper aliqua suspicio est ita inter illos conuenisse, & fucum aliquem eiusmodi laudibus tegi, quod moliantur. vnde fit, q̄ ii, qui se vicissim sic admittunt & prædicant derideri soleant vulgari dicto. Mutui muli scabunt. Eadem illa suspicio etiam hoc loco alicui incedere posset, qui non satis nosset hæc duas personas Christum & Ioannem, præsertim cum sciatur illos sanguine sibi mutuo iunctos fuisse & circa prædicandi munus ambos versatos. At verò nos Christiani scimus, suspensionem in his duabus personis locum habere non posse. Nam scriptura aperte indicat Ioannem nulli vnquam adulatum fuisse, nec fauorē aut diuitias aliquas ambiuisse, alioqui in regis Herodis domu honorificētiorem inuenisset locum, q̄ carcerē. Et id solum testimonio satis euidentē est eū blandiri cuiquā nesciuisse: nam quæstus hic illi apud Herodem fuisset longe verberimus. Verū enimvero scriptura habet, q̄ etiā Herodē

POSTILLA F. IOAN. FERI

Mat. 14 corripuerit in eo, quo nihil minus ferre poterat. Non licet, inquit, tibi habere uxorem fratris tui, &c. Christo autē aduersarij ipsius hoc tribuerunt, q̄ esset candidus, syncerus & verax, viamq̄ dei rectē & verē doceret, nec vereretur quemquam mortalium, nec esset apud ipsum respectus personarum. Quoniam itaq̄ compertum habemus has ambas personas ingenuas, veraces & constantes in verbis suis fuisse, idq̄ aduersariorum testimonio, alia de causa haud dubie factum sit oportet, q̄ hi duo muris præconijs sese celebrarent, quā fieri solet inter mundi filios. Et quid multis opus est? Ioannes Christum prædicauit & honorifice de illo locutus est, non semel sed sæpius, non olim, sed palam omnibus, cū summx tum infimæ fortunæ hominibus, non eo quidem animo, vt hanc gratiā Christus illi laudando reponeret, sed ne populus Mestam qui iam præfens erat per incuriam præterire sinerent. Hoc moliebatur Ioannes, propterea sollicitē clamabat, propterea relicta solitudine in mediā multitudinē prodibat, propterea quoq̄ dicebat ad suos discipulos, *Ioan. 3.* Nunc impletū est meum gaudium, cum videret ac audiret homines certatim ad Christum confluere. Rursus Christus Ioannem laudibus ornauit, nō vt gratū se ostenderet, & par pari referret ac laudem laude pensaret, sed ne quid vulgus iniqui suspicaretur de ipso tanquā in carcere in dubiū iam vocaret, quod antea certū & infallibile nuntiabat & proclamauerat. Vt semel totum dicam, quicquid hi duo dixerunt, propter nos dictum est.

Quamobrem nihil Iudæorum & Gentium de his duabus personis suspiciones nos mouere debent. Quid enim nobis cum illis qui foris sunt, inquit Paulus? Quid nostra refert, quibus calumnijs insectentur Iudæi & Gentēs Christum & Ioannem? Hodiernum euangelii clarē demonstrat Ioannē humanas laudes nihil pensi habuisse. Christus itē apertē dicit: Ego nō glorifico meipsum, sed alius est qui me glorificat. Quin de hoc, quod Ioannes præclare de ipso testificatus esset, ita ad Iudæos aduersarios suos ait: Vos misistis ad Ioānem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem nō ab homine accipio testimoniū, habeo enim testimonium inuisibile Ioāne. Opera quæ dedit Pater vt perficiā ea ipsa opera quæ ego facio testimoniiū perhibent de me, quia Pater misit me, & qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me, & ipsa scripturæ in quibus vos putatis habere vitam æternā testimonium perhibent de me. Postremo quoque Moyses in quo vos speratis, de me scripsit, &c. Ex quo

quibus omnibus liquet Christum pro se Ioannis commendatione nihil opus habuisse, & idcirco nō fuisse necesse illū Ioanni hoc officij rependere. Tantū ad incredulorū Iudeorū & Gentium suspensionem responsum sit.

Quid autē dicemus de illis, quibus videtur, quicq; asseuerare ausint nihil Ioanne nobis amplius opus esse, quando quidē Christi data sit copia. Hic deierare possum sub hoc specioso & plausibili prætectu Satanā latere, quo Ioannem vnā cum sua prædicatione exterminet: ægrē enim illū ferre potest, eo q̄ hoīes ad pœnitentiā inuiter. Nam vbi pœnitentia est & viget, ibi à peccatis cessatur, fugitur, regnū diaboli euaditur. Sed hoc impatientissime fert, hic obstat quātum potest, ac ideo nobis persuadere conatur nihil amplius opus esse Ioanne, quo etiam omnē pœnitentiæ memoriam ex ecclesia tollat, & nos suo regno obnoxios perpetuo seruet. Et enim vbi pœnitentia nō est, peccatis & regno diaboli subiecti semp manemus. Huc oēs cōsiliū sui machinas adhibet, & idcirco Ioānis ac pœnitentiæ capitalis hostis est, ac eō rem (heu dolorē) apud plerosq; perduxit, vt etiam nomen pœnitentiæ horreant, tantum abest, vt pœnitentiā agant, hoc est, vitam priorem damnātes, ad meliorem frugem redeāta vnde sit, vt fermē nusq; sceleratius & imple magis viuatur, magisq; oīa dei præcepta labefactentur, q̄ apud illos, qui euangelica doctrina, Christo & ipsius gratia sese venditant. Hac vanissima spe lactati multi hoīes in peccatis suis non modo perseuerāt: sed de die in diem peccata peccatis cumulant, donec ad iustam mensurā peruentū sit & vindicta dei amplius differri nō possit. In summa, diabolus nihil offendit, etiam si quotidie Christus prædicetur & hoīes rerum suarū summā ad gratiam dei referant, modo nō incipiant peccata detestari. Scit enim per eiusmodi prædicationē & præsumptuosā fiduciā super gratia dei nō modo nihil in cōmodi sibi adferri: sed magis regnū suū stabiliri, si mera gratia prædicetur & nō etiā pœnitentia, scq; hoīes gratia dei cōfisi nihilo meliores reddantur, imō nihil non impietatis designare audeant. Quapropter hic circūspecti simus oportet, ne hostis nobis imponat, nouimus illius cogitationes, Inquit Paulus. Tanq̄ leo rugiens circuit, dicit Petrus. Ex sacra scriptura scimus, q̄ vbi Messias futurus sit, ibi Helias præcedere debeat. Ioannes autē Helias est, nō in persona, sed in officio, spiritu & zelo. Sic vbi CHRISTVS futurus est, ibi Ioannem præcurrere oportet. Porro qui Heliam non recipit, Iesum Nazarenum pro Messia nunquam recipiet.

Rom. 9.

Mat. 23.

2. Tim. 2.

1. Pet. 5.

Mat. 4.

Mat. 17.

plet,

POSTILLA F. IOAN. FERI

plet, & qui Ioannem nō audit, nunquam audiet Christum vel gratia ipsius sibi vilem faciet. Queris quoniam id? Pœnitentia gratiam præcedat necesse est, gratia verò remissionem peccatorum. Cæterum pœnitentia, quam Ioannes prædicat Christo, qui confert gratiam, viam præparat. Etenim si gratiam & remissionem peccatorum volumus consequi, necessarium prorsus est, vt pœnitentiam prius agamus, hoc est, vt commissa nostra nobis displiceant, illa damnemur & excremur, humiliterq; confiteamur & in posterum vitemus. Absq; tali præparatione gratia indulgentiæ ad te pertingere non poterit. Ioannes inuenit peccatorem, arguit illum, damnationem illi mōstrat, ad Christum eum remittit. Quod si peccator recipit, liberatur per gratiam Messia seu Christi à peccatis suis. Hi duo implent omnem iustitiā, aut nostram iustitiam, plenam & perfectam faciunt, quem admodum Christus ad Ioannem ait, cum ex humilitate, vel potius ex summa admonitione, quod sublimis & diuina maiestas in Christo vsque adeo sese demitteret, & cum reliquis peccatoribus baptismum flagitaret, obstupefactus recusaret baptisæ officium. Ego (inquit Ioannes) à te de-

Mat. 3.

» beo baptizari, & tu venis ad me. Ad hæc ei **CHRISTVS**
» respondit. Sine modo, sic enim decet nos implere omnem
» iustitiam. Hic audis, q̃ Christus in operæ iustificationis se
» bi adiungat Ioannem. Non dicit, Sic decet me solum im-
» plere omnem iustitiam, sed sic decet nos implere omnem
» iustitiam. Aditum itaq; parat ad iustitiam Ioannes in eo q̃
» ostēdit nobis peccatum & damnationē. **CHRISTVS** iusti-
» tiæ colophonem, quod dicitur, addit in eo, q̃ peccata con-
» donat & gratiam confert, ac largitur.

Quare non est, quod quisquam speret se impetrare pos-
se gratiam & remissionem peccatorum sine præcedente pœ-
nitentia. Apud homines pœnitentiæ oīes **Christus** lo-
cum non habet. Imò his in scriptura Deus nihil aliud mi-

Deut. 29

Hier. 39.

Rom. 2.

» natur, quā iram & vindictam, vt videre est in Mose om-
» nibusq; Prophetis. Reuelatur (inquit Paulus) ira dei de cœ-
» lo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eo-
» rum, qui veritatem dei in iniustitia detinent. Et rursus: Tri-
» bulatio & angustia in omnem animam hominis operan-
» tis malum. Et Christus ipse: Nisi pœnitentiam egeritis,

Rom. 2.

Luc. 13.

Mat. 3. 4

» omnes simul peribitis. Huc etiam pertinet, quod prædi-
» cationem suam ambo Christus & Ioannes ab his verbis au-
» spicati sunt, Pœnitentiam agite, appropinquat enim re-
» gnum

gnum

gnum cœlorum. Errât igitur & alios homines in errorem trahunt, qui peccatori sine præeunte poenitentia remissionem peccatorum promittunt. In hoc ergo rei summa posita est, nimirum quod illi, qui à Ioanne ad poenitentiam impellitur, cōtingat gratia per Christum, & quo CHRISTVS, hoc est, gratia Dei diuertere & cominorari debet, ibi prius Ioannes, id est, poenitentia fuerit oportet. Ex his itaq; optior quiuis intelligere posset facili Ioanne quoq; nobis in ecclesia opus esse, non quidem propter personam ipsius, sed propter prædicationem poenitentiae. Ioannes quanquàm salutem nobis conferre nequeat: potest tamē nos ad salutem deducere & viam commonstrare. Non est medicus animarum nostrarum, sed morbum tamen nobis indicat. Non est vera lux, sed tamen de lumine testificatur, & hoc pacto nos promouet ad fidem ac postmodum ad beatitudinem. Hoc ex Euāgelio hodierno addiscamus, pulchrè & Christianè institutum est, si modò id cum animis nostris reputaremus. Deus Opt. Max. nobis suam omnibus largiatur gratiam. Amen.

SEPTIMVS SERMO

Docet, cur Legatio hæc ad Ioannem missa est.

Qui in hoc Euāgelio ea, quæ ab Euangelista memorantur diligenter obseruat, multa scitu digna cognoscet. Variæ enim introducuntur personæ. Primum Iudæi, deinde Legati, tertio Ioannes, postremo CHRISTVS ipse, de singulis aliquid dicitur, quod nosse frugiferum est. Et primò de Iudæis narratur, quod ex Hierosolymis miserint Legatos ad Ioannem autoritate præditos, non aliam ob causam, quàm vt percontarentur virum Christus ipse & Messias esset, nec tamen expressum est, quid illos ad hoc mouerit, quod aliquis eò magis admirari posset, siquidem in tota sacra pagina non legitur vllus mortalium interrogatus, virum Messias sit, quantumuis multi optimi Reges, Prophetæ, ac alij celebres viri inter populum Dei iam inde ab initio fuissent. Attamen causa facile colligi potest ex circumstantiis scripturæ.

Sanctus Iacob iudicium dederat, & expressè nuntiabat, quod vbi sceptrum & potestas de tribu Iudæ ablata fuisset, sciendum foret, Messiam non longe abesse, Daniel certius signum posuerat, nempe septuaginta hebdomadas, quarum vnaquæq; septem annos cōstituit, quibus in summam collectis emergunt quadringenti nonaginta anni. His exactis

(ait

Ioan. 1.

Gen. 49.

Dan. 9.

POSTILLA F. IOAN. FERI

(ait Daniel) finem accipiet peccati, & delebitur iniquitas,
 & adducetur iustitia sempiterna, & implebitur visio &
 prophetia: & vngetur sanctus sanctorum. Horum omniū
 non ignari erant Iudæi docti præsertim, nec non subdora-
 bantur tempus iam imminere, quo venturus erat Chri-
 stus. Nam sceptrum omnisq; illorum potestas penes Ro-
 manos & Herodem erat, & numerus annorum à Daniele
 præscriptus magna ex parte erat euolutus. Quare indies
 expectabant, quando Messias appareret. Idcirco legimus
 Luc. 2. Simeonem expectasse consolationem Israël, & Iosephum,
 Luc. 23. qui Christum sepeliebat, expectasse regnum Dei. Iam verò
 duo aderant Ioannes & Iesus Nazarenus, horum alie-
 rum Christum & Messiam esse oportere suspicabantur. In
 hos duos cuncti mortales oculos coniecerant, nec tamen
 satis norant præsertim ex vulgo, vter alteri præferendus
 esset. Ioannes sanè multa in se habebat, quæ illi authorita-
 tem conciliabant, nam mirabiliter conceptus erat idq; nun-
 tiantem Angelo, multa quoq; acciderant circa illius natiui-
 tatem nullis vnquam temporibus audita, & præter hæc om-
 nia, authoritatem sibi parauerat ipse non vulgarem vitæ
 austeritate & prædicatione, vt non immerito à quibusdam
 pro Messia haberetur. Iesu verò Nazareni quanquam tan-
 ta non esset existimatio, non tamen ignotum erat Angelos
 in ipsius natiuitate annūtiasse gaudium vniuerso orbi ter-
 rarum, & Magos illum adhuc infantem adorasse, ac mune-
 ribus tanquam regem Iudæorum ornasse. Ad hæc Ioannes
 apertè illum Messiam esse dicebat. Quapropter nō mirum
 est, si talis à quibusdam sit creditus. Hic iam oriebatur dis-
 sentio. Hi testabantur Ioannem, illi Iesum, alij neutrum,
 arbitantes non temerè à veterum & Pharisæorum insitiis
 to recedendum esse.

Vt autè concordia fidei & doctrinæ inter populum con-
 seruari posset, Legatos ad Ioannem amandant, quæ situm
 nū ipse Messias sit aut Helias Messix præcursor. Hac in par-
 te insigniter fuissent laudandi, quod non vltimi sed primi
 Christo & Messix inquirendo operam nauarint, similiter
 quoq; quod tam diligenter explorari curauerint ex Ioāne
 causam ipsius nouæ doctrinæ & baptismi. Atq; vtiā omnes
 magistratus nostro tempore idem facerent. nam aliqui co-
 res nostræ deuenerunt, vt non solum Princeps vnusquisq;
 sed etiā vnacuique ciuitas, Nobilis, Præfectus, Prædicator,
 atque adeo vnusquisq; paterfamilias in fidei & religionis
 causis

Luc. 2.

Luc. 23.

Luc. 1.

Luc. 2.

Mat. 2.

Ioan. 1.

Mal. 4.

et si aliquid noui cōminiscatur & inceptet idq̄ impune.
 Quapropter Iudæi primates in hoc eximā promeriti fuisse
 sent laudem, si ex animo id factum fuisset, & nō proprium
 potius emolumentum, quā veritatem aut protectum po-
 puli quæssissent. Sed obrentu pietatis rem impiā moliebant-
 tur. CHRISTVS illis aperte dicit. Vos, inquit, misistis ad Ioan. 9.
 Ioannem, & testimoniū perhibuit veritati, sed alia erat ve-
 stri consilii ratio. Vos ad horam voluistis exultare in luce
 eius, hoc est, aptiorem illū Messie dignitati iudicabatis q̄
 me, & vestra vtilitati accommodatiorem. Itaq̄ hoc honoris
 illi deferebatis, ea opinione, vt si Messie nomē agnouisset,
 paratam haberetis causam me persequēdi. En, ex his Chri-
 sti verbis, intelligi potest, quid proceres Iudaici populi per
 hanc Legationem quæsierint, nimirum se ipsos & non ve-
 ritatem. Diuinate propemodū iam tū incipiebant, Chri-
 stum non esse ipsorum farinē hominem, haudquaquam tra-
 citurū id quod machinabātur. Messiam habere volebant,
 non quem illis Deus dabat, sed quē ad suas cupiditates at-
 temperare potuissent. Deus illis miserat Christum Messia,
 hic incedebat humilis, pauper & coram mundo, hoc est, in
 cultu, splendore, & fastu mūdano nullius authoritatis. Ipsi
 autem Messiam volebant, qui diuitiarum magnificentie
 & potētie fulgore in terris præmineret, ad quā rem Ioan-
 nes illis videbatur magis idoneus, quā cōtempribilis Ie-
 svs Nazarenus. Etenim Ioannes familia natus erat clara,
 tum opinabantur illū tam fore ambitiosum, vt ipse erāt, &
 vltro oblatum honorem virisque, vt dici solet, vlnis am-
 plexurum, quod vbi faceret, iam captum esse et ex ipsorum
 nuju loqui & facere eum omnia oportere, qualia exempla
 in mundo passim visuntur, & in ipsa adeo Ecclesia & eius
 præsulibus. Hoc igitur quoque moliebantur Iudæi in hac
 Legatione, idq̄ sub specie non admodum illaudabili, qua-
 si id fecissent non nisi veritatis & communis vtilitatis stu-
 diū. Summa, Iesvs Nazarenus illis non ardebat, statim Sap. 2.
 obseruauerunt eum operibus ipsorum reluctari, iam inter
 se decreuerant. Nolumus hunc regnare super nos. Verum Luc. 19.
 quid peruersius et impium magis est, q̄ in rebus tam arduis
 Dei honorem & animarum salutem concernentibus nihil
 aliud, quā propriū commodum quærere? Vinā horum
 exemplorum nullum vnquā apud nos Christianos videat-
 ur & vfu veniat, & hoc secundo precor & opto. At sanē tis
 meo vota mea irrita fore, postquā vbiq̄ terrarū diuersum
 serg

Sap. 2.

Luc. 19.

serg

POSTILLA F. IOAN. FERI

fieri conspiciatur tam apud summam quam apud infimam fortunam homines, cuius aliquot exempla recensabo.

Et ut à maximo exordiar, quis non videt hoc tempore, & specioso & plausibili titulo, & sæpe quemadmodum credere par est bono animo concilia, Synodi, comiria & prouinciales dies indicantur, fidei, pacis & Reipub. negotia pertractandi gratia, sed ut plurimum per priuatos affectus impediuntur & alio torquentur, ita ut quisque hoc maxime urgeat, ut Christum, id est, fidem, religionem, Ecclesiæ ordinatorem & politiam suo ingenio attemperatam habeat & obtineat, siue ea sit sacris literis cõsentanea Rei; publicæ conducibilis siue non. Quisque hoc secum cogitat, Quod si pedibus in hanc sententiã discesseris, non mediocrem honorum tuorum, doctrinæ, diuitiarum, pompæ & voluptatis patieris iacturam. A nostra parte Christum operamus, per quem omnia nobis impunè liceant, quæcunque impiè & flagitiose patramus. Alii Christum habere desiderant, qui illis omnia approbet, quæcunque per tot annos hæcenus delirant. Eo iam vnusquisque sui cõsilijs rationem dirigit. Sed horum neutrum facit IESVS Nazarenus. Nostra fides & germana Christiana doctrina neutrum paritur, nec nostram superstitionem, abusus & morum prauitatem, nec errores & temeritatem commendat. Qua de re nemo IESVM Nazarenum recipit. Quid autem scriptura de talibus hominibus ait, qui propter priuatum compendium non modò Reipub. sed Deo & veritati quoque obstreperunt? Maledictus (inquit Hieremias) qui facit opus domini fraudulentè. Paulus ralem appellare audet hostem omnis iustitiæ & filium diaboli. Porro quemadmodum affectus hic potentiorum, ita vulgi quoque animos ducit, Pauci sunt, quibus Christus per omnia placeat. Quàdo audimus eum meram gratiam annuntiare, non possumus non vehementer laudare, cæteteri quando audimus sic inquentem: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &c. Item, qui non omnibus renunciat quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Item, operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Talis Christus nobis curæ non est, sermo hic nobis duriusculus est. Quisque Christum cupit pro suo lubitu, qui fastu & superbia: bonis temporalibus & diuitiis, gaudio & voluptate, libera denique & effreni vita delectatur, &c. is sibi Christum querit, qui hoc illi indul-

Hiere. 48.
Act. 13.

[Mat. 16.

Luc. 14.

Ioan. 6.

indul-

Indulgeat & excuset. Qui vinculum coniugii, votum castitatis, obedientiam Magistratus libenter excutere velit, is querit sibi Christum, doctrine genus & prædicatorem, qui eiusmodi vincula rumpat & soluat, &c. En hoc in Christo querit mundus, nunquid hac in parte Iudaicis Phariseis quam simillimi videmur? Verendum itaque est, ne temporale, cui soli inhiamus in utroque tam Christo quam christiana doctrina quoque amittamus: siquidem spirituale in illo fastidimus & vilipendimus. Et hoc nobis considerandum est circa illos, quorū primo loco in euangelio hodierno mentio facta est.

De Legatis qui ad Ioannem mittebantur, refert euangelium, quod magna cum diligentia & gravitate suam Legationem obierint, sed tamen facile apparet, nos æque frigide affectos fuisse erga veram pietatem, ut fuerunt illi, de quibus modò dictum est. Nam quantumlibet clarè Ioānes fatebatur se Messiam non esse, sed id honoris alteri deberi, qui in medio illorum versaretur: nullus tamen ex illis rogabat, quis aut ubi is esset, quod indicio maximo est, eos nec veritatis nec Messiae admodum fuisse cupidos. Alioquin in verbis copiosi erant, nunc hoc, nunc aliud interrogātes, Es tu Helias? Es tu Propheta? Es Christus? Aut quis es, ut responsi aliquid referamus iis qui nos huc miserunt? Quid baptizas? Tam variis utebantur interrogationibus, sed quod maxime scire illorum referebat, omittunt. Hunc in modum interrogasse debebant: Sanctissime præceptor, quoniam verò tu non es Messias ille, quem omnes expectant, & tamen ais eum inter nos agere, demonstra nobis, quis ille sit aut ubi, & quomodo ad eum venire eiusque gratiam consequi possimus. Vera & pia hæc fuisset interrogatio, quam ipsi penitus prætermittunt, friuolis & inanibus quæstiunculis occupari. Noster is mos est, quæ ad vanitatem spectant, diligenter expiscamur, quæ verò alicuius momenti hæc minus necessaria sunt, negligimus. Verum hæc dignæ essent homine Christiano interrogationes, si cum Paulo dicat & roget, Domine quid vis faciam? & cū sancto Davide: Quid retribuam Domino, pro omnibus his quæ retribuit mihi? Item cum Michea: Quid dignum offeram Domino? Hoc, inquam, inuestigandum nobis & querendum erat, quomodo Deo credere, eum laudare, voluntatem eius exequi possemus, sed his relictis, nos iis quæstionibus occupamus, quibus facile possemus carere. Quapropter etiā in

L hæc

Act. 9
Psal. 113

Mich. 6

POSTILLA F. IOAN. FERI

hac secunda parte Iudeis nihilo meliores sumus. Et hæc-
nus quidē de priore duplici persona. Quod superest in hoc
euangelio de duabus aliis personis Ioanne & Christo, in
primis nos obseruare conuenit, tanquam maxime necessa-
rium. De Ioanne scriptū habetur, Confessus est & nō nega-
uit. De Christo autem, Medius vestrum stetit. Hæc duo in
homine christiano sese quamprimū exerere debent, vt cor-
de in Christum credat & ore cōfiteatur, imō factis & vita,
quemadmodum Ioannes fecit, ac tum quidem euangelium
istud rectē & vtiliter audirum fuisset, tum quoque ad futu-
rum festum accincti essemus, habituri nimirum latum ac sa-
lutiferum Natalem Christi. Sed hac de re in aliis sermoni-
bus abunde dictum.

OCTAVVS SERMO

docet, cur Ioannes toties nobis proponatur.

Quod nobis Christianis Ioānes toties proponatur
in ecclesia, non fit sine peculiari ratione, sed alia
quadam, quā fortē simplex ingenium suspicari
queat. Et primo quidem id non fit propter perso-
nam ipsius, q̄ in ea tantum nobis momēti scum fit, etenim
secundum personā Ioannes, sicut & nos, purus homo fuit,
nec maius quiddā de se sensit aut alios sentire voluit, quem
admodum non solum in hoc euangelio videtur, sed alias
quoque plurimis in locis & apud Euangelistas omnes. Imō
ratione suæ personæ, cæterorum mortalium conditioni se
subiicit, vt cum primo de gratia Christi loquitur, vitur
numero plurali. De plenitudine eius omnes accepimus,
quo innuit, se de suo tantum habere, quantum reliqui ha-
berent, & si quid in se boni esset, id se Christo acceptū ferre,
vt & alij homines faciunt. Ad hunc quoq; modum se inter
alios homines numerat, cum per suos Christum interroga-
ret, tu es qui venturus es, an alium expectamus? His verbis
ostendit se non minus expectare Mesiā & illius gratia ac
auxilio indigere, quā cæteri mortales. Quapropter ipsius
persona non plus, quā alius quiuis homo potest cōduce-
re nobis, munus autē & vita illius magni nobis æstimanda
sunt, propter quæ duo tanto cum splendore nobis proponit
tur. Sed vtraq; illa coniungo, nec vlla ratione diuisa esse vo-
lo & separata, vt nonnulli faciunt.

Alioqui sanē hominis alicuius doctrina & vita sunt lon-
ge diuersissima. Et pluris nostrā interest, vt aliquis bene
doceat, quā probē viuat, quemadmodū perniciosius etiā
est,

Ioan. i.

Rom. 10

Ioan. x.

Mat. 11.

est, si quis perperam doceat, quam si vivat flagitiose. Im-
proba vita illi potissimum damnum adfert, qui eam agit,
at mala & adulterina doctrina aliis quoque exitiosa est,
qui eam audiunt & recipiunt. Minus itaque ibi periculi
est, ubi vita corrupta est, modo doctrina sana sit, quam ubi
vita laudabilis est quidem, sed doctrina vitiosa. Verum in
Ioanne vita ab officio sejungenda non est. nam non so-
lum Evangelistæ, sed Angelus quoque & CHRISTVS
vtrumque simul, hoc est, vitam & doctrinam ipsius propo-
nunt. CHRISTVS ait eum lucernam ardentem & lucen-
tem fuisse. hic pariter & vitam & doctrinam Ioannis ha-
bes. Lucerna ardens fuit sibi, propter animi & vite pieta-
tem, Lucerna lucens fuit propter doctrinam, qua aliis ho-
minibus præluxit & viam demonstravit. Idem ferè de il-
lo angelus dicit, Vinum & siceram non biber, hic vita
ipsum modum habes. Multos filiorum Israel convertet ad
Dominum, hic illius doctrinam habes. Quod ad Euange-
listas attinet non opus est demonstratione aliqua, qui aper-
tè Ioannis doctrinam & vitam coniungunt. Cæterum
quod Evangelistæ, Angelus & CHRISTVS coniunxe-
runt, nos separare non debemus. Idè dico contra novos
nostros Epicuros, qui duram & austeram Ioannis vitam
pessimè odiuerunt, & idcirco ad raivm vsq; clamant & vo-
liferantur. Nihil vita illius, sed officium solum & doctrina
ad nos attinent, cum tamen sciant, ut modò dictum est, &
passim inueniant in Evangelio, quod ubique Ioannis
mentio fit, vitam & doctrinam illius simul iuncta esse.
Haud quidem nescii sumus plus officium & doctrinam
Ioannis spectandam esse, quam vitam, interim tamen non
ignoramus quoque innocentiam & duritiem illius vite,
non parum authoritatis conciliasse ipsius doctrinæ, imò
verba eius non dimidium ponderis, virtutis & efficacie
habitura fuisse, nisi vite austeritas accessisset. Paucos pro-
fectò suo clamore, & testimonio de Christo commouisse-
ret, si vite fuisset non satis probatæ. Etenim qui vitam à
doctrina sejungunt, verbis vim & pondus suum ampu-
tant, quo minus animum auditoris penetrare possint. Et
id præcipuè in nostræ ætatis prædicatoribus spectare licet,
qui clamant, non referre, quam quisque vitam agat, mo-
dò doctrinam purè & sincère tradat. hoc enim efficiunt,
ut predicatio & verba in contemptum abeant, velut
ti eleganter & verissimè dixit Diuus Gregorius.

Ioan. 3.

Luc. 1.

Mat. 3.

Mar. 1.

Luc. 3.

L 2 Cuius

POSTILLA F. IOAN. FERI

Cuius vita despiciatur, restat vt & prædicatio contemnatur. Hæc igitur de vita Ioannis admoneda duxi, quod videamus, quid nobis in eo serio considerandum proponatur, videlicet non personæ ipsius, sed officium, doctrina & vita. Hæc magno vsui nobis esse possunt. Rogas qui?

2. Cor. 6.

Non possunt sese compati Christus & Belial, lux & tenebræ, iustitia & iniustitia, veritas & mendacium, gratia & indignatio, fauor & ira, benedictio & maledictio, mors & vita, Deus & diabolus, cælum & infernus, salus & condemnatio. Harum autem rerum omnium nemo particeps sit, nisi talia bona desideret, ceterum nemo desiderat nisi sciat, qualia bona sint, nec scire hoc quisquæ potest, nisi intelligat prius, tenebræ, iniustitia, mendacium, maledictio, mors, infernus, condemnatio & malus spiritus quàm sint pestifera, eaq; fugiat & odio prosequatur. Atq; ita iam manifestum euadit, non esse proximiorẽ & cõpendiosiorẽ viam omnia bona, quæ Christus conferre potest impetrandi, quàm est pœnitentia. Et quid videmus vel audimus aliud in Ioanne præterquam pœnitentiam? Quoniam ergo Ioannes verbis & factis, doctrina & vita pœnitentiam docet, & pœnitentia vnica ad gratiã via est, vnusquisq; secum existimare potest, operæpretum esse, vt doctrina & vita Ioannis simul in Ecclesia nobis proponatur. Eadem quippe de causa Christus ipse voluit ac præcepit vt in suo nomine pœnitentia ac remissio peccatorum simul prædicarentur, hoc est, voluit, vt cum suo euangelio, vel potius ante suum euangelium, vnâ quoq; officiũ & prædicatio proponeretur hominibus. Hinc etiam perspicuũ esse potest, cuius doctrina euangelicæ veritati consentanea sit, cuius non. Christus gratiã & omnium bonorũ abundantia nobis attulit, sed pœnitentiæ prædicatorem præmisit. Ioannes pœnitentiã docuit, sed interea cunctos mortales ad Christũ relegauit. Hec duo qui simul agit, dextrè docet. Qui pœnitentiã docet absq; Christo, malè docet, qui gratiã prædicat suppresso pœnitentiæ nomine, & is malè docet. Facile iam contestare potes, quid causa sit, cur videlicet recto non ingrediamur tramitem, sed semper in alteram, aut dextram aut laeuam partem nimium propendamus, vel enim pœnitentiã solam vel gratiã solam tractamus, cum tamen Ioannes clarè dicat Christum versari in medio, vbi & à nobis queri debet & nõ in extremis locis, alioqui nunquã eum inueniemus vt decebat, quemadmodum & in cæteris rebus omnibus, quæ ad religionem nos

Luc. 24.

stram

fram pertinent, nullam pacem aut concordiam inuenire possumus, eo quod in extremis tantummodo consistimus, quod si verò ad medium confugeremus, & vtrinq; concederemus abrogatis his, quorum usus nullus est, proculdubio mox Christum inuenturi essemus, & per illum non solum pacem, sed omnia bona.

Qui ergo salutem expetit, consulat Ioannem, ab eo aspicietur, viam enim is demonstrabit omnium certissimam, idq; paucissimis verbis, ita vt ab vtraque parte in portu sit nauigaturus, tutus à præsumptione & desperatione. Etenim cui obrepit cogitationes superbiæ, vt videatur sibi iustus, & ob id se non opus habere Christi gratia, hunc Ioannes tantum docebit, vt agnoscat se miseram & calamitosam esse creaturam, & planè viperarum progeniem, hoc est, peccatorem, cæcum, claudum, debilem, variis erroribus prauis cupiditatibus exitialibus voluptatibus, periculis denique obnoxium, prociuem ad malum, segnem ad bonum. Ac tum quidem facile præsumptionis supercilium deponet dicturus cum Dauide, Domine verè humiliasti me, ad lachrymas & orationes se cōuertet, & dicit: Domine sana animam meam, quia peccaui tibi. Quem verò consideratio peccatorum & malæ conscientie stimuli ad desperationem impellunt, hunc ita consolabitur Ioannes, vt intra sese dicturus & facturus sit. Quamdiu meipsum intueor perpetua quadam animus acerbitate discrucietur, at vbi oculos attollo ad eum, qui venit vt esset nobis bono ac solatio, repētē pristinus in me dolor perit. Ad meipsum (inquit Dauid) anima mea conturbata est: propterea memor ero tui. Hæc demum vera est via ad agnitionem Dei & æternæ salutis impetrationem, si homo primum seipsum noscat, vt qui peccatorum tabe totus maderet, & idcirco vnius seruatoris Christi opem imploret, qui omnibus mortalibus ante multa tempora promissit ac dixit: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te & honorificabis me. Atq; ita vtrique malo tam confidentiæ nimie, quàm desperationi Ioannes mederi conatur, quemadmodum Osee Propheta quoq; facit, vbi ait: Seminate vobis in iustitia, & merite in ore misericordiæ, aut vt quidam vertunt, spem vitæ. Tum autem homo seminat in iustitia, quando ex vera sui agnitione humiliat sese, timet Deum, plangit peccata sua. Porro tum meret spem vitæ, quando Euangelio credit, in quo annuntiatur nobis CHRISTVS, quæ res spem præbet & in spe gaudium. Estote spe gaudentes, non

Mat. 3.

Psal. 118.

Psal. 40.

Psal. 42.

Psal. 49.

Osee. 10.

L. 3. enim.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Rom. 12. enim spes nos cōfundet, inquit Paulus. Nam spe salui facti
Rom. 5. sumus, in alio loco. Sic olim gaudebat Dauid hic in terris
Rom. 8. bonis illis, quę in futuro sæculo percepturus erat. Latatus
Psal. 121. sum (inquit) in his, quę dicta sunt mihi, in domum domini
Prou. 10. ibimus & in cōlestem Hierosolimam. In hanc sententiam
 loquitur quoq; Sapiens, quod non solum merces, sed expectatio
 etiam iustorum lætitiā & gaudium habeat. Vide, hanc rem Ioānes cum suo officio & predicatione plurimū
 adiutare possit, vt animo semper humiles & summissi esse-
 mus, & in fide tamen ac spe læti & animosi quantum sat
 esset. Hæc rursus sunt, quę ad Aduentum pertinent, quibus
 nos præparare debeamus, vt quando, **C H R I S T V S** cū gra-
 tia sua appareret, semper locum haberet paratum, Deus nō
 bis suam gratiam largiri dignetur.

SERMO NONVS

Ioan. x. Docet, quod Ioannes duabus in rebus nobis proponatur.
 In hodierno euangelio Ioannes nobis dupliciter propo-
 nitur. Primò, perfeueram admonitionem. Secundo, per
 bonum & pium opus, ita vt optimè congruat cum hoc
 tempore Aduētus, vbi potissimum opus est talibus ad-
 monitionibus & exemplis. Bisariam autem Ioānes in hoc
 euāgelio populum adhortatus est. Primò verbo illo, quod
 dicit: Ego sum vox clamātis in deserto, parate viam domi-
 ni. Secundo, cum ait: Medius vestrum stetit, ipse est qui post
 me venturus est, qui ante me factus est. Sunt duæ adhor-
 tationes per breues quidem, sed efficaces, & quæ plurimum
 in se habent. Per primā ipsi nos faciliè admonere possumus
 vbi sumus, & quid faciendum nobis sit. In deserto corpora-
 liter & spiritualiter sumus. **Mundus** nō est vera nostra pa-
 tria, in qua semper nobis sit manendum: sed nihil aliud est
 q̃ vastissima solitudo, in qua videmus quotidie magnam
 rerum confusionem & ruditatem, deprehendimus deinde
 quoq; in animabus nostris varios defectus & miseras, pec-
 carum & imperfectionem, hic locus desertus est, in quo de-
 gemus, sed tātò magis patriæ terræ meminisse debebamus,
 & viam inquirere, quæ ad eam nos ducat. Altera adhorta-
 tio Ioannis ostendit nobis, quis **C H R I S T V S** sit, videlicet
 vnica nostra & æterna salus, & vbi inuestigemus illum,
 & inuenire queamus. **Medius nostrum** est, inquit Ioānes,
 imò non longè abest ab vnoquoque nostrum, in ipso viuim-
 us & mouemur, & **sumus**, dicit Paulus. **Quin** Christus
 ipse

ipse ait, regnum dei in nobis esse, quare necesse non est, nos trans mare currere, nec temere illis credere debemus, qui dicunt, Ecce hic est Christus aut illic. Prope est verbum in ore nostro & corde. Quotidie sese profert & audiri finit vltro sese offert. Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meā, inquit, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Nusquam præterit vbi ostium illi aperitur, & ipsius cōsuetudo desideratur. Eum, inquit, qui venit ad me non eiciam foras.

Arque hæc sunt duæ illæ adhortationes, quas Ioannes facit in hoc euangelio, quibus hoc tempore potissimum nos occupatos esse conuenit. Sed quemadmodum eas coniunxit Ioannes, ita considerare vtrāque in altera nos oportet, ut scilicet alterum oculum in nos ipsos, alterum verò in Christum intentū habeamus. Et hæc præparatio ad aduentum vel etiam mortem commodissima erit. Nam qui seipsum rectè contemplatur & inspicit, semper inueniet, quod iugeat, deploret, constiteatur & emendet. Qui verò Christum accuratè intuetur, nunquam non inueniet, quod gaudeat, Deum laudet, eiq; gratias agat, & vnde occasione capiat se totum Deo eiusq; voluntati ac obsequio dedendi, ut Paulus inquit: Domine quid vis faciam? Et rursus: Non solum alligari, sed & mori paratus sum propter nomen domini Iesu. Ad hunc usum istæ Ioannis adhortationes nobis inferuire possent.

Opus, cuius nomine in hoc euangelio nobis proponitur, perpendere nos quoque oportet. Dexter, ingenuus & constans illius animus est, quod alienum honorem sibi non arroget, nullo modo cōmittit, ut quod alterius est, id suum esse velit, sed abnuat quoque honorem, qui sibi debetur, & ab ipso Deo defertur, humilians sese sub potenti manu dei. Confessus est (dicit euangelium) & non negauit. Confessus est, se Christum non esse, sicuti quoque non erat, & non negauit quid Christus esset. Ut de seipso humiliter ita de Christo magnifice sentiebat, tamen si videbat se propterea inuidiam & odium Iudeorum sibi conflatum. Diversum faciunt filij huius seculi & hypocritæ, qui id quod sunt se negant esse, nimirum peccatores, miseras creaturas, & ipsi sibi ascribunt, quod nec sunt nec habent, vtpote veram iustitiam, & sanctimoniam, tamen si id Paulus fieri veter. Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit (inquit) ipse se seducit.

Act. 17.

Luc. 17.

Mat. 24.

Rom. 10.

Apoc. 3.

Ioan. 6.

Act. 9.

Act. 21.

1. Pet. 3.

Gal. 6.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Subiicit deinde suum consilium. Opus, inquit, suum pro-
bet vnusquisq; & sic in semetipso tantum gloriam habebit,
& nō in altero: vnusquisq; enim onus suum portabit. Ioan-
ni magni deferebantur honores, omnes Messiam illum es-
se credebant, etiā iī qui doctrina & potestate præditi erant.
Sed constanter negabat, Non sum ego Christus, nō Helias,

Mal. 4.

Mat. 17

”

”

Mal. 3.

nō Propheta, quāuis verē potuisset dicere, Ego sum Helias,
quē Deus ante aduentum Christi promittit. Hoc enim no-
mine Christus quoque eum appellat dicens: Helias iam ve-
nit, & non cognouerūt eum, sed fecerūt in eo, quācūq; vo-
luerunt, & si lubet rectius intelligere, Ioānes est Helias nō
in persona, sed in spiritu. Insuper Ioannes verē de se pro-
nuntiare potuisset: Ego sum angelus seu nuntius, de quo
Malachias prædixit, qui Messiam præcessurus est. Sic enim
CHRISTVS quoq; dictum illius Prophetæ interpretatur
de Ioanne, veluti proxima Dominica auditum est. At Ioan-
nes nihil horum sibi arrogat, sed simpliciter dicit: Ego sum
vox clamantis in deserto, tanquam voluerit dicere: Ego ni-
hil aliud sum, quā feruus, qui viam sternit, qui ad Chri-
stum ducit, hæc meæ partes sunt, hic meus labor, in hoc ro-
tus sum, ideo clamo. Nam nulla alia in re homines aequē
sordi sunt, ac in hac sola. Quando domino paranda est via,
nemini patent aures, multo clamore opus est, proinde ego
sum vox clamantis. Verum nihil aliud clamo, quā quod
Esaias prædixit, primo nimirum, quod omnis caro, omnes
homines fornum, & omnis gloria eius quasi flos agri, Exic-
catur fornum & cadit flos, homo cum omni suo splendore
euanesceat, Verbum autem domini manet in æternum. Hoc
clamo (vult Ioannes dicere) nam ita de me Esaias vaticina-
tus est. Secundo clamo, Ecce Dominus Deus in fortitudine
veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces cum eo
” & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet:
in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit,
factus ipse portabit.

Esa. 49.

Ibidem.

”

”

”

Hæc omnia verba nobis demonstrat Ioannes in eo, qd se
appellet vocem clamantis. Nam ista sunt Esaiæ de voce cla-
mantis oracula, nihil amplius aut maius quoque Ioannes
de seipso asseuerat, & supra hæc indignum se iudicat Chri-
sto vel corrigiam calceamenti soluere, hoc est, illi in mini-
mo obsequium præstare. In hoc opere veræ humilitatis, no-
bis Ioannes hodie proponitur, vt qui rectē & verē cum Da-
uide dicere potuerit: Domine non est exaltatum cor meū,
neg

Psal. 130

neg

neglari sunt oculi mei. Negl ambulaui in magnis, neque
in mirabilibus super me. Sic animus illius constitutus erat,
ac si voluisset dicere. Quid magni aut præclari in me qua-
ritis, en hic habetis Christum, qui omnia est, & omnia potest,
cui ego cõparatus nihil sum, nec dignus sanè, qui Prophe-
ta vocer. Eiusmodi humilitatē aut animi submissiõnē do-
cet quoq; Hieremias, vbi ait: Nō gloriatur sapiēs in sapiētia
sua, & nō gloriatur fortis in fortitudine sua, & nō glorie-
tur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur, qui gloria-
tur scire & nosse me, quia ego sum Dñs, qui facio miseri-
cordiā & iudiciū & iustitiā in terra. Eiusmodi perfectiā hu-
militatē etiā CHRISTVS animis suorum discipulorū infi-
gere conabatur in vltima cœna, cū illis post varias exhorta-
tiones, etiā pedes lauaret. Vos vocatis me Dñe & Magister
(inquit) & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes
vestros, Dñs & Magister: & vos deberis alter alterius lau-
re pedes. Exemplū enim dedi vobis, vt quemadmodū ego
feci vobis, ita & vos faciatis. In eandem quoq; sententiā lo-
quitur alibi: Quis maior est (inquit) qui recumbit, an qui
ministrat? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui mi-
nistrat. Sic etiam inter vos fieri debet, qui maior est, sit ve-
ster minister, sicut filius hominis non venit ministrari, sed
ministrare, & dare animam suam redēptionem pro multis.

Hier. 9.

Ioan. 13.

Luc. 22.

Mat. 10.

Prou. 25.

Phil. 4.

Attende quæso, quā seuerē CHRISTVS nos adhor-
tetur ad opus veræ humilitatis & submissiõis, quod Ioā-
nes adeo perfectē in se declarauit, vt nulla humana laus eū
ab hac animi modestia potuerit abducere. Sciebat utiq; Sa-
lomonem dixisse: Mel inurnisti, comede quod sufficit tibi:
ne fortē faciatuſ euomas illud. Mel humana laus est, quæ
dulcis est, & ob id sensum fallit, qui verō auidius & intem-
perantius comedit dulcorē nimium captus, non potest re-
tinere, sed reddit, & amittit talem laudem, in eo quod aut
ipse sui præconium canat, aut excandescat & æmuletur, si
alius laudetur. Ioannes summam laudem consecutus est,
dum se submittit & Christo cui omnia debentur, omnem
gloriam relinquit. Hæc circa Ioannem hodiē cõsideran-
da nobis & discenda sunt.

Nunc etiam audire operæpretium est, quid Paulus in ho-
dierna Epistola nos doceat. Is cõfidenter nobis acclamat,
vt semper gaudeamus, nō de gaudio mundano loquitur,
sed in Domino nos gaudere iubet, idq; secūdō iterat. Gau-
dete (vult dicere) propter beneficium & gratiam, quā hic

POSTILLA F. IOAN. FERI

- iam accepistis in via beatitudinis, gaudete iterum propter bonam, quæ expectatis in cælesti patria. Gaudete, quod hic gratiam accepistis, gaudete iterum, quod illic æterna gloria vobis parata est. Gaudete, quod hic Christum cognovistis, gaudete iterum, quod illic sempiterno eius aspectu fructuri estis. Hunc in modum Ioannes Baptista gaudius est. Primo, cum in utero materno gaudio gestiens exiliret, deinde cum ad discipulos suos diceret: Nunc impletum est meum gaudium. Sic gaudia sunt Maria, cum in hæc verba erumpit: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Istud gaudium proficiscitur primum ex fide aut agnitione Dei & gratia ipsius, deinde ex animo sibi bene conficjo. Quam etiam ob causam Sapiens ait, animi gaudio nullum esse melius.
- Ecce 30. Equid amplius dicit Paulus: non quid advenit præter gaudium aliud postulare? Maxime, Modestia vestra atq; adeo humanitas nota sit omnibus hominibus, quemadmodum quoq; nos monet CHRIS TVS, vt luceat lux nostra coram hominibus. Et Paulus vult, vt honeste ambulemus ad eos, qui foris sunt. Sed hic causam addit, cur animo læti coram Deo, & forinsecus modesti coram hominibus esse debeamus. Dominus (inquit) prope est. Idq; veracissimū est. Prope est iis, qui eum invocant in veritate. Iuxta est iis, qui tribulato sunt corde. Prope timentes eum salutare ipsius. Prope est iis, qui officio sibi demādato diligenter funguntur. Prope est nobis omnibus in assumptione nostræ naturæ, ita vt propior nobis esse non possit. Prope est omnibus creditibus vsque ad consummationem sæculi, imò mediis illorum est, qui in nomine ipsius sunt congregati, videt illorum obedientiam, studium, orationē, paratus est ea omnia cum favore pensare, nec id faciendi facultas ei deest. Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Diligentes se diligit, & qui manē vigilant ad ipsum, inuenient eum.
- Mat. 28. Quapropter Paulus ab omni sollicitudine ociosos nos esse iubet, & confidenter ad Deum preces nostras transmittere. Quod qui faciunt, iis optat Paulus pacem Dei, quæ exuperat omnem sensum, & illuminare potest ac custodire corda nostra aduersus omnem fraudem, inuidiam & malignitatem diaboli. Et quid Apostolus nobis precari potuisset optabilius. Faxit Deus, vt talibus votis euentus respondeat. Amen.

SERMO

SERMO DECIMVS

Anno. M. D. XLVI. habitus docet, quare ad extremū tan-
dem & post omnes Prophetas nobis proponatur Ioānes.

DVO in hoc Euāgelio optimo cuiq; Christiano cō-
sideranda proponuntur, nimirū q̄ cū per isthuc
tempus ex omnibus Prophetis offensum est, quid
quisque de Christo aut Messia, qui tum adhuc vē-
turus erat, literis prodiderit ac vaticinatus sit, nūc demum
post illa omnia testimoniū Ioannis in medium adferatur,
quamobrem dubitare nemo potest, quin peculiare quiddā
designet, q̄ Ioannes ad postremum adeo sit referuatus, idq;
cum præcedentibus indicis, quis hic Ioannes fuerit. Nam
superiore Dominica audiendum nobis prius fuit, qualis
Ioannes fuerit, quā nunc audiamus, quid de Christo di-
xerit, quod certē præter morem sit nec vsu venire aliqui
solet. Aliorum Prophetarum dicta aut testimonia de Chri-
sto, eiusq; aduentu & gratia abundē quidem satis his tri-
bus Dominicis diebus audiuius, verū quā cuiusque per-
sona fuerit, indicatum non est, nec fuit necesse. In illorum
personis haud vsque adeo multum nobis situm est, sāt est
nos scire in genere illos ex diuini numinis assensu locutos
esse, vt Petrus ait. Sed cum Ioanne res longē alia est, hic
tāquam in postremo fabulæ actu introducit post om-
nes Prophetas, qui negotium rectē peragat. Et quō testimo-
nium ipsius maiorem habeat auctoritatem, neque sit apud
quenquam inane, ante dies octo audiuius eum fuisse vi-
rum, quem non quiuus ventus mouere potuerit, & qui fa-
uore, bonis, vel etiam metu hominum contempto, simpli-
citer veritatem professus sit, veluti etiam nunc audiuius.
Confessus est (inquit Euangelium) & non negauit.

Mat. 11.

2. Petri. 1.

Quare autem Ioannes ad finem vsque seruatus sit, con-
iici potest ex verbo, quod CHRISTVS dicit: Oēs Prophe-
tæ & lex, vsque ad Ioannē prophetauerunt, quo innuit, in
Ioanne vetus testamentū desisse, & nouū incepisse. Ante Io-
annē nihil erat præter legē, quā homines territabat, occi-
debat, & condēnabat, & etiam si nōnulli quandoque veni-
rent, qui de dei gratia & cōsolatione loquerentur, nihil ta-
mē erāt aliud q̄ Prophetæ, hoc est, tales viri, qui de futuris
predicebāt. Magnifica quidē multa promittebāt, sed quæ il-
lis tēporibus sub conspectū non veniebāt, quapropter etiā
multis nugæ videbantur. Ast simulatque venit Ioannes,
adimpletio

Mat. 12.

adimpletio

POSTILLA F. IOAN. FERI

- adimpletio initium cepit, & quod illi futurum receperit, hic præsens & digito monstrare potuit. Atq; hæc vna causa est, cur Ioannes post omnes Prophetas & ad extremum prodeat, quò omnes intelligat, iam nunc rem longè aliam esse, q̃ fuit in veteri testamento, ac lege prorsus antiquata, oia noua successisse. Quod quidè nobis saluberrimū est. Nā si lex Moſi in Ioāne cessauit, magnū argumentū est nos iā in nouo testamento libertatē filiorū dei cōsecuros esse, nō esse amplius seruos, sed filios, nō amplius habere nos spiritum timoris, vt deum formidemus, fugiamus abdamusq; nos, vt Adam in paradiso, sed spiritum adoptionis, in quo confidenter ad Deum clamare possumus ac dicere, Abba pater. Quod si etiam omnes Prophetæ præsente Ioanne cōtulerunt, satis arguit, tempus promissionis tandem completum esse, & tempus præstandi auspiciari. Idq; Ioānes verbis apertis contestatur: Gratia & veritas, inquit, per Iesum Christum facta est. Etenim pro lege, habemus iam in nouo testamento gratiam, & pro Prophetis ac promissionibus, veritatem & impletionem. Gratia nūc in nobis perficit id, quod lex conabatur quidem, perficere tamen non valuit, hoc est, gratia verè nos iustos, non foris aut sub specie quadam, sed veraciter & in corde reddit. Talis verò gratia à Christo proficiscitur, quia lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et cum adhuc inimici essemus, imò natura filij iræ, Deo nos reconciliauit, & pacem peperit ac nuntiavit non solum iis, qui prope, hoc est, Iudæis, verumetiam, qui longe fuerunt, hoc est, Gentilibus.
- Eadem quoq; ratione per Christum nobis veritas contigit, & omnia impleta sunt, quæ per Prophetas fuerunt prædicta. Nam in illo, inquit Paulus, sunt omnes promissiones dei, Amen. Idcirco quoque in cruce ait, consummatum est, hoc est, omnia transacta, nimirum ea, de quibus Paulus loquitur, Absorpta est mors in victoria Christi. Et propterea Christo insiris nihil letale amplius esse potest, hætenus tamen, si non carni sed spiritui morem gerant. Isthuc ipsum est, quod Christus vult cum inquit: Omnes Prophetæ & lex prophetauerunt vsq; ad Ioannem. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, hoc est, in Christo quando in carne & corpore humano apparuit, iustificatum est in spiritu, quantumuis humano ingenio frustum videatur. Nam vbi spiritus & fides est, ibi accipitur tanquam verum dei verbum & opus, Apparuit angelis,

2. Cor. 4

Gal. 4.

Rom. 8.

Gen. 3.

Ioan. 1.

Apoc. 1.

Ephe. 2.

2. Cor. 1.

Ioan. 19.

1. Cor. 15.

Rom. 8.

Mat. 11.

1. Tim. 3.

gelis, quod enim nos per verbū dei credimus, hoc illorum oculis patet, Prædicatum est gentibus, quantumlibet diabolus impedire sit conatus, creditum est in mundo, quantuis vehementer in principio aduersum id desuebat, assumptū deniq; est in gloria, nam CHRIS TV S à dextris dei sedet. En, horum omnium admonemur, in eo quod Ioannes post omnes Prophetas nobis proponitur, ut in quo etiam omnes cessarunt. Quapropter quoq; Christus eum esse dicit plus quā prophetam. Prophetæ nanque ad vetus testamentum pertinent, Ioannes autem ad nouum. Et Prophetarum solum erat futura de Christo, eiusq; regno, annuntiare, Ioannes verò præsentem ostendit.

Mar. 16.

Mat. 16.

Secundo, quoque propterea Ioannes postremo post omnes alios Prophetas nobis proponitur, quod de illo prædictum est, eum proximè Christum præcessurum, & ante faciem ipsius præparaturum viam. Tercio quoque ideo fit, quod Ioannes paucis complexus est & summam, quicquid ceteri Prophetæ de Christo scripserunt, de ipsius diuinitate, humanitate, passione, resurrectione, regno & futuro denique iudicio. Hæc omnia, inquam, de quibus Prophetæ sparsim scripsere, inueniuntur in prædicatione Ioannis, ut cum ait: Qui defursum venit super omnes est, hic habes diuinitatem Christi. Medius vestrum stetit, hic habes incarnationē Christi. Ecce agnus dei, hic habes passionem Christi. Me oportuit minui, illum autem crescere, hic resurrectionem & ascensionem Christi habes. Baptizabit vos in spiritu sancto, habes hic Christi regnum in terris. Ventilabrum in manu eius, & permundabit areā suā & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili, hic habes iudicium & regnum Christi, quale in altero seculo futurum est. En, in breuissima hac prædicatione Ioannis reperimus, quicquid Prophetæ hic illic literis prodiderunt. Eadem autem illa sunt, in quibus nostra salus & felicitas posita est, quæ omnia aut credere nos oportet aut in perpetuū interire. Iam verò qui ex Prophetis nō satis potest discere, quid de Christo sentiat, ex Ioanne discat licebit, nam in hoc eius testimonium ad extremum dilatum est tanquam optimum & efficacissimum. Sed tanto quoque plus nos id ipsum instigare debet ad præparandam domino viam. Quibus autem id modis fit? Pœnitentiam agite, inquit Ioannes. Qui illi sunt, qui hoc facere debent? Omnes, nullum enim excipit

Mala. 3.

Ioan. 3.

Mat. 3.

Ioan.

POSTILLA F. IOAN. FERI

Mat. 3. Ioannes, ne illos quidem, qui generi Abraham sese vendi-
tabant. Ne velitis, inquit, iam intra vos dicere, Patrem ha-
bemus Abraham, & ideo poenitentia vos non egere, nil vo-
bis proderit arrogantia vestra, potens est Deus etiam de la-
pidibus istis suscitare filios Abraham. Verba hæc nō medio-
crem præ se ferunt grauitatem, vnde quibus facile intelli-
git testimonium Ioannis nobis summo opere esse necessarium,
Vbi enim testimonium Ioannis non admittitur, ibi Chri-
stus locum nō habet. Vbi verò Christus non est, ibi est nec
salus nec vita. Cæterum vbi Ioannis testimonium ritè ex-
peditur & suscipitur, illinc absq; dubio Christus non for-
ge abest. Vbi autem Christus est, ibi & salus & vita, Deus
& omnia bona sunt.

Huic concinit, quod Paulus habet in hodierna epistola,
Gaudere in Domino semper, &c. Adhortatio hæc pulchre
congruit cum testimonio Ioannis. Quoniā enim Ioannes
dicit: Medius nostrum est, merito acclamatur nobis, Gau-
dere in domino. Postea quā verò duplicia bona à Christo
habere possumus, gratiam & gloriam, spiritualem & æter-
nam salutem, qui ramen propter peccata nostra nō nisi in:
Esa. 40. dignatione & pœna digni eramus, sicuti Esaias ait nos du-
plicia bona pro peccatis nostris à deo accepisse, nō iniuria
quoq; nos Paulus monet, nō semel, sed bis, vt gaudeamus,

Luc. 21. idq; in domino. Addit præterea vt ne solliciti simus, tē cer-
ram esse, cœlum & terrā citius interire oportere, q̃ promissu
dei nō præstitum iri. Verum sat ne est nos credere & ex-

Luc. 12. pectare? Minime, orandū quoq; nobis est, Deus dare vult,
sed non nisi petentibus, quærentibus ac pulsantibus. Atta-
men ne id quidem adhuc sufficit, vt peramus, sed vite mo-
destiam accedere quoq; oportet. Si credimus Christum esse

Mala. 1. dominum ac seruatores nostrum, illius voluntati obtem-
perare debemus, Si dominus ego sum, inquit, vbi est timor
meus? Si persuasum habemus illum nobis proximū esse,
dediscendum nobis est, quicquid eum offendere potest. Si

Luc. 6. multa à tali domino petimus, audiendum nobis quoq; est,
quid ipse à nobis postulet & fieri velit. Quid vocatis me
domine, domine, & non facitis quæ dico? inquit in euan-
gelio. Sic opinor cuius perspicuum esse posse, q̃ multa no-
bis hodie vtilia proposita sint consideranda, cum in Ioan-
ne tum in Paulo. Et quibus nō bonis Christiana Resp. au-
cta foret, si vita nostra illorū sīm imaginē exprimat? Com-
mittere nō possum, quin exemplū Ioanis adhuc semel præ-
feram, q̃ cū tanti honores illi deferrentur, cōstantissime iu-
men

ipsum in sua humilitate & modestia perseveraret. Si nos Germani vel vnicui hoc exemplū secuti fuissimus aut adhuc scire qui vellemus, non necesse esset nos videre tantā calamitatē. Verum enimvero quoniā diverso planē ab eo, quo Iohānes prædictus erat spiritu rapimur, ita ut nemo sua conditione & munere contentus vivat, sed oēs ad maiora, q̄ par est, con- tēdamus & ab adulatoribus sinamus nobis persuaderi ma- iores nos esse, q̄ re ipsa sumus, tanto gravius nonnūq̄ nos reprimi oportet. Pessime sibi Iohannes consulisset, si nomē tam honorificum ultro delatum agnovisset, siquidem infamia labem contraxisset sibi, nullis vnquam temporibus de-
stendā, & quod plus est, multas animarū myriades secum in perniciem traxisset. Sed eō adduci à nemine potuit. Non sum is, quē me existimatis, inquit, servus sum nō dñs, vox non verbum, sponsi amicus nō ipse sponsus, &c. Apud nos quilibet dominus esse vult, nemo servus, nemo obedire di-
gnatur, sed quivis buod animo suo collubitū est facere præsumit: quapropter etiā videre & experiri cogimur, quā ma-
iores nostri experti nō sunt, nec viderūt. Deus opt. max. fa-
ciat, ut oculi nobis maturē aperiātur, ad hęc & alia cōsyde-
randa, priusq̄ funditus pereamus temporalīū, spiritualiū,
necnon æternarum rerum iacturam facientes, Amen.

In festo Natalis

CHRISTI, EVANGELIUM Luc. II.

Erit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur
universus orbis. Hęc descriptio prima facta est à
præside Syriæ Cyrino. Et ibant oēs ut profiteretur,
singuli in suam civitatē. Ascendit autē & Ioseph à
Galilea de civitate Nazareth, in Iudæā, in civitatē David,
quæ vocatur Bethleem, eò quod esset de domo & familia
David, ut profiteretur cum Maria, desponsata sibi uxore,
prægnante. Factū est autē cum essent ibi, impleti sunt dies
ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pan-
nis eum involuit, & reclinauit eum in præsepio, quia non
erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione
eadem, vigilantes & custodientes vigilas noctis super gre-
gem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & cla-
ritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno.

Et de